

# PROPRIVM MISSARVM DE TEMPORE.

## DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

*Statio ad S. Mariam maiorem.*

Ad Missam. Introitus.



D te leuáui ániam meam : Deus meus , in te confido , non erubescam : neque irideant me inimíci mei : étenim vniuersi qui te expéctant , non confundéntur.

*Psalmus. V*ias tuas, Dómine, demónstra mihi : & sémitas tuas édoce me. *V* Glória Patri, & Filio, & Spirítui sancto. Sicut erat in princípio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Quo finito repetitur Ad te leuáui. usque ad Psalmum.

Hic modus repetendi Introitum seruatur per totum annum.

Non dicitur, Glória in excélsis. ab hac Dominica, usquead Natiuitatem Domini, nisi in Festis.

O remus. Oratio.

**E**Xcita , quæsumus Dómine, poténtiam tuam , & veni: vt ab imminéntibus peccatórum nostrorum periculis , te mereámur protegénte éripi , te liberánte saluári. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spíritus

sancți Deus, per ómnia sæcula sæculorum. R. Amen.

¶ Ab hac die usque ad Vigiliam Natiuitatis Domini, post Orationem diei dicitur Oratio, Deus, qui de beátæ Maríæ. & Ecclesiæ tuæ. vel Deus ómnium fidélium. vt infra.

¶ Si autem facienda sit com-memoratio alicuius Festi simpli-cis occurrentis , post Orationem diei dicitur Oratio de Sancto, & tertia de sancta Maria.

De sancta Maria. Oratio.

**D**eus, qui de beátæ Maríæ virginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiante , carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; vt qui verè eam genitricem Dei crédimus, eius apud te intercessiónibus adiuuémur.

Contra persecutores Ecclesiæ. Oratio.

**E**Cclesiæ tuæ, quæsumus Dómine, preces placatus admítte: vt, destrúctis aduersitatibus & erróribus vniuersis, secúra tibi seruiat libertate. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculorum. R. Amen.

Vel pro Papa. Oratio.

**D**eus ómnium fidélium Pastor & rector, famulum tuum N. quem pastórem Ecclésie tuæ præesse voluísti, propítius rélpice:da ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus præst, proficere; vt ad vitam, vnà cum grege sibi crédito, perueréiat sempiternam. Per Dóminum nostrum.

**P** Infra Hebdomadas Aduentus, quando dicitur Missa de Festo Semiduplici, secunda Oratio erit de Aduentu, tertia de sancta Maria, quæ terminatur sic: Per eúm-dem Dóminum nostrum, &c.

**P** Si autem dicatur Missa de Festo Duplici, post Orationem Festi dicitur Oratio tantum de Aduentu.

**P** De Festis Simplicibus in Aduentu occurrentibus fit tantum commemoratione.

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános.

**F** Ratres, Scientes, quia hora est iam nos de somno súrgere. Nunc enim própior est nostra salus, quám cùm credídimus. Nox præcéssit, dies autem appropinquáuit. Abiiciámus ergo ópera tenebrârum, & induámur arma lucis. Sicut in die honéstè ambulémus: non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs, non in contentiône, & æmulatione: sed induímini Dóminum Iesum Christum.

Graduale. Vniuérſi, qui te exspectant, non confundéntur, Dómine.

**V**ias tuas, Dómine, notas fac mihi: & sémitas tuas édoce me. Allelúia, allelúia. **V**. Osténde nobis Dómine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis. Allelúia.

**P** In Ferijs Aduentus, quando per Hebdomadam resumitur Mis-<sup>fal.</sup>sa de Dominica, non dicitur Allelúia, nec Versus sequens, sed tan-tum Graduale.

Secundum **S**equentia sancti Euangélij secundum Lucam.

**I**n illo tempore: Dixit Iesu discipulis suis: Erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressúra géntium præ confusione sónitus maris, & flúctuum: arescénibus homínibus præ timore, & expectatiōne, quæ superuénient vniuérso orbi: nam virtutes cælorum mouebúntur: & tunc vidébunt Fílium hóminis veniéntem in nube cum potestate magna, & maiestate. His autem fieri incipiéntibus, respícite, & leuáte cápita vestra: quóniam appropínquat redémpcio vestra. Et dixit illis similitúdinem: Videte ficulnæam, & omnes árbores: cùm prodúcunt iam ex se fructum, scitis quóniam propè est æstas. Ita & vos cùm vidéritis hæc fieri, scítote quóniam propè est regnum Dei. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec ómnia fiant. Cælum & terra transíbunt: verba autem mea non transíbunt. Et dicitur Credo.

Offertorium. Ad te leuáui animam meam: Deus meus in te con-fido,

Dominica Aduentus.  
fido, non erubescam : neque irrideant  
me inimici mei: etenim vniuersi, qui te  
expèctant, non confundentur.

Secreta.

**H**æc sacra nos, Dómine, po-  
tenti virtute mundatos, ad  
suum faciant purores venire prin-  
cipium. Per Dóminum nostrum.

De sancta Maria. Secreta.

**I**n méntibus nostris, quæsumus  
Dómine, veræ fidei sacramé-  
ta confirma: vt qui concéptum  
de vírgine Deum verum & hó-  
minem confitêmur; per eius salu-  
tiferæ resurrectionis poténtiam,  
ad æternam mereâmusr peruenire  
lætitiam.

Si dicitur vltimo loco, termina-  
tur sic: Per eúmdem Dóminum.

Contra persecutores Ecclesiæ.

Secreta.

**P**rótege nos, Dómine, tuis  
mystérijs seruiéntes: vt diuini-  
nis rebus inhæréntes, & corpore  
tibi famulémur, & mente. Per  
Dóminum nostrum.

Vel pro Papa. Secreta.

**O**blatis, quæsumus Dómine,  
placare munéribus: & fa-  
mulum tuum N. quem pastòrem  
Ecclésiæ tuae præesse voluisti, assi-  
dua protectione gubérrna. Per  
Dóminum nostrum.

Communio. Dóminus dabit be-  
nignitatem: & terra nostra dabit fru-  
ctum suum. Postcommunio.

**S**vscipiamus, Dómine miseri-  
cordiam tuam in medio tem-  
pli tui: vt reparatiōnis nostræ ven-  
tura solēmnia congruis honori-  
bus præcedāmus. Per Dóminum.

De S. Maria. Postcommunio.

**G**RÁTIAM tuam, quæsumus  
Dómine, méntibus nostris  
infunde: vt qui, Angelo nuntiante,  
Christi Fílij tui incarnationem  
cognouimus; per passiōnem eius  
& crucem, ad resurrectionis glori-  
am perducāmusr. Per eúmdem  
Dóminum. si dicatur vltimo loco.

Contra persecutores Ecclesiæ.

Postcommunio.

**Q**VÆSUMUS Dómine Deus no-  
ster: vt, quos diuina tríbuis  
participatiōne gaudere, humánis  
non finas subiacere periculis. Per  
Dóminum nostrum.

Vel pro Papa. Postcommunio.

**H**æc nos, quæsumus Dómi-  
ne, diuini sacraméti per-  
céptio prótegat: & famulum  
tuum N. quem pastòrem Ecclé-  
siæ tuae præesse voluisti, vnà cum  
commisso sibi grege saluet sem-  
per, & muniat. Per Dóminum.

Dicitur, Benedicāmus Dómino  
Et sic seruatur, quoties non dici-  
tur, Gloria in excélfis Deo.

**G**Infra Hebdomadam si dicen-  
da sit Missa de Feria, resumitur  
Missa de Dominica præcedenti,  
nisi propria Missa assignetur.

**G**Cum vero in Aduentu, Qua-  
dragesima, Quatuor Temporibus,  
Vigilijs, & Rogationibus dicitur  
Missa de Festo Dupli, vel Semi-  
dupli occurrente, semper fit  
commem. de Feria. Et pro com-  
mem. Feriarum Aduentus dicitur  
Oratio Dominicæ præcedentis:  
nisi sint Quatuor Tempora, in  
quibus habetur Oratio propria.

# DOMINICA II.

Aduentus.

*Statio ad S. Crucem in Ierusalem.*

Introitus.

Opulus Sion, ecce Dóminus véniet ad saluandas gentes: & auditam faciet Dóminus gloriā vocis suā in lætitia cordis vestri. Psalm. Qui regis Israēl, intende: qui deducis, velut ouem, Ioseph. y. Glória Patri. Non dicitur, Gloria in excélsis.

Oratio.

**E**xcta Dómine corda nostra ad præparandas Vnigénititui vias: vt per eius aduémentum purificatis tibi méntibus seruire mereāmur. Qui tecum viuit & regnat in unitate Spíritus sancti Deus, per omnia.

*De sancta Maria. Oratio.*

**D**eus, qui de beatæ Maríæ virginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; vt qui verè eam genitricem Dei crēdimus, eius apud te intercessiónibus adiuuēmur.

Pro Papa. Oratio.

**D**eus omnium fidélium Pastor & rector, famulum tuum N. quem pastorem Ecclésię tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus præest, proficere, vt ad vitam, vna cum grege sibi crēdito, perueniat sempiternam. Per Dóminum nostrum.

Vel contra persecutores Ecclesiæ. Oratio Ecclésiæ tuæ. vt in Dominica præterita. fol. 1.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Romános.

**F**ratres, Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam, & consolatiōnem Scripturârum, spem habeāmus. Deus autem patientiæ & solatij, det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum: vt vñanimes, uno ore honorificetis Deum, & Patrem Dómini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipe inuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisioñis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissioñes patrum: Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in Géntibus Dómine, & nōmini tuo cantabo. Et iterum dicit: Lætamini Gentes cum plebe eius. Et iterum: Laudate omnes Gentes Dóminum: & magnificate eum omnes populi. Et rursus Isaías ait: Erit radix Iesse, & qui exurget régere Gentes, in eum Gentes sperabunt. Deus autem spei répleat vos omni gáudio & pace in credendo: vt abundetis in spe, & virtute Spíritus sancti.

*Graduale. Ex Sion species decoris cius: Deus manifeste véniet. y. Congregate illi sanctos eius, qui ordinaverunt testaméntum eius super sacrificia. Alleluia, alleluia. y. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini ibimus. Alleluia.*

Sequen-

Sequēntia sancti Euangēlij  
secūndūm Matthæum.

**I**N illo tempore: Cùm audīsseſſet Ioánnes in vínculis ópera Chriſti, mittens duos de discípulis suis, ait illi: Tu es, qui ventūrus es, an álium expectāmus? Et respóndens Iesuſ, ait illis: Eúntes renúntiāte Ioánni quæ audíſtis, & vidíſtis. Cæci vident, claudi ámbulant, lepróſi mundántur, surdi áudiunt, mórtui refúrgunt, páuperes euangelizántur: & bēatus eſt, qui non fuerit scandalizātus in me. Illis autem abeúntibus, cœpit Iesuſ dícere ad turbas de Ioánnē: Quid exíſtis in defértum vidére? arúndinem vento agitātam? Sed quid exíſtis vidére? hóminem mólliſib⁹ vestítum? Ecce qui móllibus vestiúntur, in dómib⁹ Regum sunt. Sed quid exíſtis vidére? Prophétam? Etiam dico vobis, & plus quām Prophétam. Hic eſt enim, de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto ángelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. C redō.

Offertorium. Deus tu conuértens viuificābis nos, & plebs tua lētabitur in te: oſtende nobis Dómine misericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis.

Secreta.

**P**Lacare, quæſumus Dómine, humilitatis nostræ præcibus, & hóſtiis: & vbi nulla ſuppetunt ſufrágia meritórum, tuis nobis ſuccurre præſidiis. Per Dñm.

De ſancta Maria. Secreta.

**I**N méntibus noſtris, quæſumus Dómine, veræ fideiſacramēta

confirma: vt qui concéptum de vírgine Deum verum & hóminē conſitēmur; per eius ſalutiferæ reſurrectiōnis poténtiam, ad æterna mereāmūr peruenire lætitiam.

Pro Papa. Secreta.

**O**Blátis, quæſumus Dñe, placare munérib⁹: & famulum tuum N. quem paſtōrem Ecclésiæ tuæ præeffe voluísti, aſſídua protec̄tiōne gubérrna. Per Dñm.

. Vel contra perfecutores Eccleſiæ. Secreta. Protége nos, Dómine. vt in Dominica p̄æcedenti fol. 3.

Communio. Ierúsalē ſurge, & ſta in excélfso: & vide iucunditatem, quæ véniet tibi à Deo tuo. Postcommunio.

**R**Epléti cibo ſpirituális alimóniæ, ſúpplices te Dómine deprecámūr: vt huius partici- patiōne myſtérij, dóceas nos terrena despícere, & amare cæléstia. Per Dóminum noſtrum.

De S. Maria. Postcommunio.

**G**Rátiam tuam, quæſumus Dómine, méntibus noſtris infunde: vt qui, Angelo nuntiante, Christi Filiij tui incarnationem cognóuimus; per paſſiōnem eius & crucem, ad reſurrectiōnis gloriā perducámūr.

Pro Papa. Postcommunio.

**H**Æc nos, quæſumus Dómi- ne, diuini ſacraméti per- cέptio prótegat: & famulum tuum N. quem paſtōrem Ecclésiæ tuæ præeffe voluísti, vnā cum commiſſo ſibi grege ſaluet ſem- per, & muniāt. Per Dóminum.

. Vel contra perfecutores Eccleſiæ. Postcommunio. Quæſumus

Dómine Deus noster. vt in Dominica præcedente. fol. 3.

### DOMINICA III.

Aduentus.

*Statio ad S. Petrum. Introitus.*

 Audete in Dómino semper: iterum dico gaudete: modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus enim propè est: nihil solliciti sitis: sed in omni oratiōne petitiōnes vestræ innotescant apud Deum. Psalm. Benedixisti Dómine terram tuam: auertisti captiuitatēm Iacob. Glória Patri. Non dicitur Glória in excélsis. Oratio.

**A** Vrem tuam, quæsumus Dómine, précibus nostris ac-commoda: & mentis nostræ té-nebras grátia tuæ visitatiōnis illústra. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitatē Spíritus sancti Deus, per ómnia sacula sacerdōrum. Amen.

*De sancta Maria. Oratio.*

**D** Eus, qui de beatæ Mariæ vírginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplícibus tuis; vt qui verè eam genitricem Dei crédimus, eius apud te intercessionibus adiuuémur.

*Contra persecutores Ecclesiæ. Oratio.*

**E** Cclésiæ tuæ, quæsumus Dómine, preces placatus admítte: vt, destruētis aduersitatibus & erróribus vniuersis, secúra tibi seruat libertatē. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Vel pro Papa. Oratio. D eus ómnium fidélium Pastor. vt in prima Dominica. fol. 2.

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli ad Philippenses.

**F** Ratres, Gaudete in Dómino semper: iterum dico gaudete. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus propè est. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratiōne, & obsecratiōne, cum gratiarum actiōne, petitiones vestræ innotescant apud Deum. Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras: in Christo Iesu Dómino nostro.

*Graduale: Qui sedes, Dómine,* super Chérubim, excita poténtiam tuam, & veni. Qui regis Israël, intende: qui deducis, velut ouem, Joseph. Alleluia, alleluia. Excita Dómine poténtiam tuam, & veni: vt saluos fácias nos. Alleluia.

*Sequentia sancti Euangélii secundum Ioánnem.*

**I** N illo tempore: Misérunt Iudei ab Ierosolymis sacerdotes & Leuitas ad Ioánnem, vt interrogarent eum: Tu quis es? Et confessus est, & non negauit: & confessus est: Quia non sum ego Christus. Et interrogauérunt eum: Quid ergo? Elías es tu? Et dixit: Non sum. Prophéta es tu? Et respondit: Non. Dixérunt ergo ei: Quis es, vt respónsum demus his, qui misérunt nos: quid dicis de te ipso? Ait: Egó vox clamantis in deserto: Dirígit viae Dómini, sicut dixit Isaías Prophéta. Et qui missi fuer-

fuerant, erant ex Pharisæis. Et interrogauérunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elías, neque Prophéta? Respóndit eis Ioánnes, dicens: Ego baptizo in aqua: médius autem vestrum stetit, quem vos nescítis. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus ut soluam eius corígam calceaménti. Hæc in Bethánia facta sunt trans Iordánem, vbi erat Ioánnes baptizans. Credo.

*Psal. 84.*  
Offertorium. Benedixisti Dómine terram tuam: auerstisti captiuitatem Iacob: remisisti iniquitatem plebis tuæ.

Secreta.

**D**euotiónis nostræ tibi, quæsumus Dómine, hóstia iúgiter immolétur: quæ & sacri péragat instituta mysterij, & salutare tuum in nobis mirabiliter operetur. Per Dóminum.

De sancta Maria. Secreta.

**I**n méntibus nostris, quæsumus Dómine, veræ fidei sacramenta confirma: vt qui concéptum de vírgine Deum verum & hominem confitèmur; per eius salutiferæ resurrectionis poténtiam, ad æternam mereámur peruenire lætitiam.

Contra persecutores Ecclesie.

Secreta.

**P**rótege nos, Dñe, tuis mystériis seruientes: vt diuínis rebus inhærentes, & corpore tibi famulémur, & mente. Per Dñm.

Vel pro Papa. Secreta. O blátis. vt suprà in Dominica j. fol. 3.

Communio. Dicite, Pusillanimes confortámini, & nolite timere: ecce Deus noster véniet, & saluabit nos.

Postcommunio.

**I**Mplorámus, Dómine, cleméntiam tuam: vt hæc diuina subsidia, à virtutis expiátos, ad festa ventura nos præparent. Per Dñm.

De S. Maria. Postcommunio.

**G**Ratiā tuam, quæsumus Dómine, méntibus nostris infunde: vt qui, Ángelo nuntiante, Christi Filij tui incarnationem cognóuiimus; per passionem eius & crucem, ad resurrectionis gloriam perducámur.

Contra persecutores Ecclesie.

Postcommunio.

**Q**uæsumus Dómine Deus noster: vt, quos diuina tribus participatiōne gaudere, humánis non finis subiacere periculis. Per Dóminum nostrum.

Vel pro Papa. Postcommunio.

Hæc nos. vt in j. Dominica. fol. 3.

## FERIA QVARTA

Quatuor Temporum Aduentus.

Statio ad S. Mariam maiorem.

Introitus.



Oráte cæli désuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet Salvatorem. Psalmus. Cæli

enárrant gloriā Dei: & ópera mānuum eius annuntiat firmamentum.

**V.** Glória Patri. Post Kyrie cléison, immediatè dicitur, Orémus. Flectámus gēnua. **R.** Leuâte. Oratio.

**P**raesta quæsumus omnípotens Deus: vt redemptiōnis

nostræ ventura solémnitas, & præsentis nobis vitæ subsídia cónferat, & æternæ beatitudinis præmia largiátur. Per Dóminum.

Isaia Léctio Isaiae Prophétæ.

**I**N diébus illis: Dixit Isaías Prophéta: Erit in nouissimis diébus præparátus mons domus Dómini in vértice móntium, & eleuábitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt pópuli multi, & dicent: Veníte & ascendámus ad montem Dómini, & ad domum Dei Iacob, & docébit nos vias suas, & ambulábimus in sémitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum Dómini de Ierúsalem. Et iudicábit Gentes, & arguet pópulos multos: & conflábunt gládios suos in vómeres, & lanceas suas in falces: non leuábit gens contra gentem gládium: nec exercebúntur ultrà ad prælium. Domus Iacob veníte, & ambulémus in lúmine Dómini Dei nostri.

Sal. Graduale. Tóllite portas príncipes vestras: & eleuámini portæ aeternales: & introibit Rex gloriæ. V. Quis ascendet in montem Dómini, aut quis stabit in loco sancto eius? innocens mánibus, & mundo corde.

Hic dicitur V. Dóminus vobiscum. sine Flectamus génuia. Oratio.

**F**estina, quæsumus Dómine, ne tardáueris: & auxílium nobis supérnæ virtutis impénde; vt aduéntus tui consolationibus subleuéntur, qui in tua pietate confidunt. Qui viuis & regnas cum Deo Patre.

De sancta Maria. Oratio.

**D**EUS, qui de beatæ Maríæ virginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; vt qui verè eam genitricem Dei crédimus, eius apud te intercessiónibus adiuuémur.

Pro Papa. Oratio.

**D**EUS omnium fidélium Pastor & rector; famulum tuum N. quem pastòrem Ecclésiæ tuæ præesse voluisti, propítius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus præst, proficere; vt ad vitam, vna cum grege sibi crèdito, perueiat sempiternam. Per Dóminum nostrum.

Vel contra persecutores Ecclesiæ. Oratio. Ecclésiæ tuæ. vt in Dominica præterita. fol. 6.

Isaia  
7. b Léctio Isaiae Prophétæ.

**I**N diébus illis: Locutus est Dóminus ad Achaz, dicens: Peti signum à Dómino Deo tuo in profundum inféri, siue in excélsum suprà. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dóminum. Et dixit: Audite ergo domus Dauid: Numquid parum vobis est, moléstos esse homínibus; quia molésti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum: Ecce virgo concípiet, & páriet filium, & vocábitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel cómedet, vt sciat reprobare malum, & elígere bonum.

Sal.  
144 Graduale. Propè est Dóminus omnibus inuocantibus eum, omnibus qui

inuo-

ínuocant eum in veritâte. ¶ Laudem Dómini loquêtur os meum : & benedicat omnis caro nomen sanctum eius.

**S**equéntia sancti Euangélij secundum Lucam.

**I**n illo tempore: Missus est Angelus Gábriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Názareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen virginis María. Et ingrëssus Angelus ad eam, dixit: Ave grátia plena: Dóminus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeras María; inuenisti enim grátiam apud Deum: ecce concipies in útero, & páries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dóminus Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem María ad Angelum: Quomodo fiet istud, quóniam virum non cognóscō? Et respónsens Angelus, dixit ei: Spíritus sanctus superuéniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascétur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elísabeth cognáta tua, & ipsa concépit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocátur stérilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem María:

Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secundum verbum tuum.

**O**ffertorium. Confortámini, & iam nolite timere: ecce enim Deus noster retríbuet iudicium: ipse véniet, & saluos nos fáciet. ¶ Secreta.

**A**ccépta tibi sint, quæsumus Dñe, nostra ieíunia: quæ & expiando nos tua grátia dignos efficiant, & ad sempitérna promissa dedúcant. Per Dóminum.

**D**e sancta Maria. Secreta.

**I**n méntibus nostris, quæsumus Dñe, verę fidei sacramenta confirma: vt qui concéptū de virginē Deum verum & hóminem confitēmur; per eius salutiferæ resurrectionis poténtiam, ad æternam mereámur peruenire lætitiam.

**P**ro Papa. Secreta.

**O**blatis, quæsumus Dñe, placare muneribus: & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione gubernna. Per Dñm.

Vel contra persecutores Ecclesiæ. Secreta. Prótege nos Dómine. vt in Dominica præterita. fol. 7.

**C**ommunio. Ecce virgo concipiet, & páriet filium: & vocabitur nomen eius Emmáuel. Postcommunio.

**S**alutaris tui Dómine múnere satiati, supplices deprecámur: vt cuius lætamur gustu, renouémur efféctu. Per Dóminum.

**D**e S. Maria. Postcommunio.

**G**ratiā tuam, quæsumus Dómine, méntibus nostris infunde: vt qui, Angelo nuntiante, Christi Filij tui incarnationem cognouimus; per passionem

nem eius & crucem, ad resurrec-  
tiōnis gloriā perducāmūr.

Prō Papa. Postcommunio.

**H**æc nos, quæsumus Dómi-  
ne, diuīni sacramēti per-  
céptio protégat: & famulū  
tuum N. quem pastōrem Ecclē-  
siæ tuæ præesse voluīsti, vñā cum  
commisso sibi grege saluet sem-  
per, & muniāt. Per Dóminum  
nostrum Iesum Christum Fílium  
tuum: Qui tecum viuit & regnat  
in vnitāte Spíritus sancti Deus.

Vel contra persecutores Ecclesię.  
Postcommunio. Quæsumus Dómi-  
ne Deus noster. vt in Dñica iij. fol. 7.

## FERIA SEXTA

Quatuor Temporum Aduentus.

Statio ad sanctos duodecim Apo-  
stolos.

Introitus.

**P**ropè es tu Dómine, &  
omnes viae tuæ véritas: ini-  
tio cognoui de testimonijs  
tuis, quia in æternum tu-  
es. Psalmus. Beati immaculati in via:  
qui ambulant in lege Dómini. y. Gló-  
ria Patri. Oratio.

**E**xita, quæsumus Dñe, potén-  
tiam tuam, & veni: vt hi, qui  
in tua pietate confidunt, ab omni  
citiūs aduersitate liberentur. Qui  
viuis & regnas cum Deo Patre.

De sancta Maria. Oratio.

**D**eus, qui de beatæ Mariæ ví-  
ginis utero, Verbum tuum,  
Angelo nuntiante, carnem susci-  
pere voluīsti: præsta supplicibus  
tuis; vt qui verè eam genitricem  
Dei crédimus, eius apud te inter-  
cessiōnibus adiuuēmur.

Contra persecutores Ecclesiæ.

Oratio.

**E**cclesiæ tuæ, quæsumus Dó-  
mine, preces placatus admítte: vt destructis aduersitatibus &  
erroribus vniuerſis, secūra tibi ser-  
uiat libertate. Per Dóminum no-  
strum Iesum Christum.

Vel pro Papa. Oratio. De eius óm-  
nium. vt in Feria iiiij. præced. fol. 8.

Lectio Isaiae Prophétæ.

**H**æc dicit Dóminus Deus:  
Egrediētur virga de radice  
Iesse, & flos de radice eius ascen-  
det. Et requiéscet super eum spí-  
ritus Dómini: spíritus sapiéntiæ,  
& intelléctus, spíritus sciéntiæ, &  
fortitudinis, spíritus scien-  
tia, & pietatis; & replēbit eum spíritus  
timoris Dómini. Non secundum  
visiōnem oculōrum iudicabit, ne-  
que secundum auditum aurium  
árguet: sed iudicabit in iustitia  
páuperes, & árguet in æquitate  
pro mansuetis terræ: & percūtiet  
terram virga oris sui, & spíritu la-  
biōrum suōrum interficiet im-  
pium. Et erit iustitia cíngulum  
lumbōrum eius: & fides cinctó-  
rium renum eius.

Graduale. O stende nobis Dómine  
misericordiam tuam, & salutare tuum  
da nobis. y. Benedixisti Dómine ter-  
ram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

Sequentia sancti Euangélij  
secundum Lucam.

**I**n illo tempore: Exúrgens Ma-  
ria, abiit in montana cum fe-  
stinatione in ciuitatem Iuda: &  
intrauit in domum Zachariæ, &  
salutauit Elísabeth. Et factum est,

lais

psal.

ibid.

Luca  
1.1d

vt au

Psal.  
84.

dūuit salutatiōnem Marīæ Elīsabeth, exultāuit infans in útero eius: & replēta est Spíritu sancto Elīsabeth: & exclamāuit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi vt véniat mater Dómini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutatiōnis tuæ in áuribus meis, exultāuit in gáudio infans in útero meo. Et beāta, quæ credidisti, quóniam perficiēntur ea, quæ dicta sunt tibi à Dómino. Et ait Marīa: Magnificat áнима mea Dñm: & exultāuit spíritus meus in Deo salutári meo.

**Offertorium.** Deus tu conuértens viuiscábis nos, & plebs tua lætabitur in te: osténde nobis Dómine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.

Secreta.

**M**vnéribus nostris, quæsumus Dómine, precibúsque suscéptis; & cælestibus nos munda mystérijs, & cleménter exaudi. Per Dóminum nostrum.

De sancta Maria. Secreta.

**I**n méntibus nostris, quæsumus Dómine, veræ fidei sacramenta confirma: vt qui concéptum de vírgine Deum verum & hóminem confitêmur; per eius salutiferæ resurrectionis poténtiam, ad æternam mereámur peruenire lætitiam.

Contra persecutores Ecclesiæ.

Secreta.

**P**rótege nos, Dñe, tuis mystérijs seruiéntes; vt diuínis rebus inhæréntes, & corpore tibi famulémur, & mente. Per Dñm.

Vel pro Papa. Oblatis, quæsumus Dómine. vt in Feria iij. præcedenti. folio 9.

**Communio.** Ecce Dóminus véniet, & omnes sancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna.

Postcommunio.

**T**Vi nos, Dómine, sacramenti libatio sancta restáuret: & à vetustate purgátos, in mystérij salutáris faciat transire consórterium. Per Dóminum nostrum.

De S. Maria. Postcommunio.

**G**RATIAM tuam, quæsumus Dómine, méntibus nostris infunde: vt qui, Angelo nuntiante, Christi Fílij tui incarnationem cognouimus; per passionem eius & crucem, ad resurrectionis glóriam perducámur.

Contra persecutores Ecclesiæ.

Postcommunio.

**Q**VÆSUMUS Dómine Deus noster: vt, quos diuina tríbuis participatione gaudere, humánis non finas subiacere periculis. Per Dóminum nostrum.

Vel pro Papa. Postcommunio

Hæc nos. vt in Feria iij. fol. 10.

## S A B B A T O

Quatuor Temporum Aduentus.

*Statio ad S. Petrum.* Introitus.

Eni, & osténde nobis fáciem tuam Dómine, qui sedes super Chérubim: & salui érimus. Psalm. Qui regis Israël, intende: qui deducis, velut ouem, Ioseph. Glória Patri.

Post Kyrie éléison, dicitur O remus. Flectámus génu. R. Leuâte.

Oratio.

## Oratio.

**D**eus qui cōspicis, quia ex nostrā prauitāte afflīgimur: concēde propitiū; vt ex tua visitatiōne consolēmur. Qui viuis & regnas cum Dōno Patre.

## Léctio Isaiae Prophétæ.

**I**n diébus illis: Clamábunt ad Dōminum à facie tribulantis, & mittet eis saluatōrem & propugnatōrem, qui liberet eos. Et cognoscētur Dōminus ab Ægypto, & cognoscēnt Ægyptij Dōminum in die illa: & colent eum in hōstij & in munēribus: & vota vouébunt Dōmino, & soluent. Et percūtiet Dōminus Ægyptum plaga, & sanābit eam: & reuertēntur ad Dōminum, & placabītur eis, & sanābit eos Dōminus Deus noster.

**G**raduale. A summo cælo egrēssio eius: & occūrsus eius vsque ad summum eius. **Y.** Cæli enárrant glóriam Dei: & ópera mānum eius annūntiat firmamentum. **O** rēmus. Flectāmus gēnua. **R.** Leuâte. **O**ratio.

**C**oncēde quæsumus omni-potens Deus: vt qui sub peccati iugo, ex vetūsta seruitute de-primimur; expectāta vñigēniti Filiij tui noua natuuitate liberēmur. Qui tecum viuit & regnat.

## Léctio Isaiae Prophétæ.

**H**Æc dicit Dōminus: Lætabit-ur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florēbit quasi līlium. Gérminans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans: glória Líbani data est ei: decor Carméli, & Saron, ipsi vidébunt gloriā Dōmini, & decōrem Dei

nostrī. Confortāte manus dissolutas, & gēnua debília roborāte. Dícite pusillánimis: Confortámini, & nolite timere: ecce Deus vester vltiōnem addūcet retributiōnis: Deus ipse véniet, & saliābit vos. Tunc aperiéntur oculi cæcōrum, & aures lurdōrum patébunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutōrum: quia scissē sunt in deserto aquæ, & torréntes in solitūdine. Et quæ erat árida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquārum. Ait Dōminus omnipotens.

**G**raduale. In sole pósuit tabernaculum suum: & ipse tamquam sponsus procédens de thālamo suo. **Y.** A summo cælo egrēssio eius: & occūrsus eius vsque ad summum eius. **O** rēmus. Flectāmus gēnua. **R.** Leuâte.

## Oratio.

**I**ndignos nos, quæsumus Dōmine, famulos tuos, quos actiōnis propriæ culpa contristat, vni-geniti Filiij tui aduēntū lætifica. Qui tecum viuit & regnat.

## Léctio Isaiae Prophétæ.

**H**Æc dicit Dōminus: Super montem excélsum ascénde tu, qui euangelizas Sion: exalta in fortitūdine vocem tuam, qui euangelizas Ierúsalem: exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iuda: Ecce Deus vester: ecce Dōminus Deus in fortitūdine véniet, & brāchium eius dominabitur: ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet: in brāchio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuā-

Psal.

18.

Isaia.

40.

bit

bit, Dóminus Deus noster.

**G**raduale. Dómine Deus virtutum conuérte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus. **y.** Excita Dómine poténtiam tuam, & veni: vt saluos facias nos. **O**rémus. Flectamus gênuia. **R.** Leuâte.

Oratio.

**P**raesta quæsumus omnípotens Deus: vt Filij tui ventura solémnitas, & præsentis nobis vitæ remédia cónferat, & præmia æterna concédat. Per eundem Dóminum nostrum.

Léctio Isaïæ Prophétæ.

**H**æc dicit Dóminus Christo meo Cyro, cuius apprehendi déxteram, vt subiiciam ante faciem eius Gentes, & dorſa regum vertam, & apériam coram eo iánuas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo: & gloriósos terræ humiliabo: portas æreas cónteram, & vectes ferreos confríngam. Et dabo tibi thesáuros absconditos, & arcana secrétorum: vt scias quia ego Dóminus, qui voce nomen tuum, Deus Israël. Propter seruum meum Iacob, & Israël éléctum meum, & vocáui te nōmine tuo: assimiláui te, & non cognouísti me. Ego Dóminus, & non est amplius: extra me non est Deus: accinxite, & non cognouísti me: Vt sciant hi, qui ab ortu solis, & qui ab occidente, quóniam absque me non est. Ego Dóminus, & non est alter, formans lucem, & creans ténebras, faciens pacem, & creans malum: ego Dó-

minus faciens ómnia hæc. Rorante cæli désuper, & nubes pluant iustum: aperiátur terra, & germinet Saluatorem: & iustitia oriátur simul: ego Dóminus créui eum.

**G**raduale. Excita Dómine poténtiam tuam, & veni, vt saluos facias nos.

**y.** Qui regis Israël, intende: qui deducis, velut ouem, Ioseph: qui sedes super Chérubim, appâre coram Ephraim, Béniamin, & Manásse. **O**rémus. Flectamus gênuia. **R.** Leuâte.

Oratio.

**P**reces pôpuli tui, quæsumus Dómine, clementer exaudi: vt qui iustè pro peccatis nostris afflígimur, pietatis tuæ visitatiōne consolémur. Qui viuis & regnas cum Deo Patre.

Léctio Daniélis Prophétæ.

**I**n diébus illis: Angélus Dómini descendit cum Azaria, & sôcijs eius, in fornâcem: & excussum flammam ignis de fornâce, & fecit médium fornâcis quasi ventum roris flantem. Flamma autem effundebatur super fornâcem cùbitis quadraginta nouem: & erûpit, & incendit quos réperit iuxta fornâcem de Chaldæis ministros regis, qui eam incendébant. Et non têtigunt eos omnino ignis, neque contristauit, nec quidquam moléstiae intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant: & benedicabant Deum in fornâce, dicentes: Hic non respondetur Deo grárias.

## Hymnus.

**B**enedictus es Dómine Deus patrum nostrorum. Et laudabilis & gloriōsus in sēcula.

**E**t benedictum nomen gloriae tuæ, quod est sanctum. Et laudabile & gloriōsum in sēcula.

**B**enedictus es in templo sancto gloriae tuæ. Et laudabilis & gloriōsus in sēcula.

**B**enedictus es super thronum sanctum regni tui. Et laudabilis & gloriōsus in sēcula.

**B**enedictus es super sceptrum diuinitatis tuæ. Et laudabilis & gloriōsus in sēcula.

**B**enedictus es qui sedes super Chérubim, intuens abyssos. Et laudabilis & gloriōsus in sēcula.

**B**enedictus es qui ambulas super penas ventorum, & super vndas maris. Et laudabilis & gloriōsus in sēcula.

**B**enedicant te omnes Angeli, & Sancti tui. Et laudent te & glorifcent in sēcula.

**B**enedicant te cœli, terra, mare, & ómnia quæ in eis sunt. Et laudent te & glorifcent in sēcula.

**G**loria Patri, & Filio, & Spiriti sancto. Et laudabili & gloriōso in sēcula.

**S**icut erat in principio, & nunc, & semper, & in sēcula sēculorum. Amen. Et laudabili & gloriōso in sēcula.

**B**enedictus es Dómine Deus patrum nostrorum. Et laudabilis & gloriōsus in sēcula. Hic dicitur, Dóminus vobiscum, sine Flectâmus genua.

Oratio.

**D**eus, qui tribus pueris mitigasti flamas ignium: con-

cēde propitiō; vt nos famulos tuos non exūrat flamma vitiōrum. Per Dóminum nostrum.

De sancta Maria. Oratio.

**D**eus, qui de beatæ Mariæ virginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; vt qui verè eam genitricem Dei crédimus, eius apud te intercessiōibus adiuuēmur.

Pro Papa. Oratio.

**D**eus ómnium fidélium Pastor & rector, famulum tuum N. quem pastorem Ecclésię tuæ præsle voluisti, propitiō réspice: da ei, quæsumus, verbo & exémplo, quibus præest, proficere; vt ad vitam, vna cum grege sibi crédo, perueniat sempiternam. Per Dóminum nostrum.

Vel contra persecutores Ecclesiæ. Oratio. E ecclesiæ tuæ. vt in Feria vj. præcedenti. fol. 10.

Léctio Epistolæ beatí Pauli Apóstoli ad Thessalonicenses.

**F**ratres, Rogamus vos per aduētum Dómini nostri Iesu Christi, & nostræ congregatiōnis in ipsum: vt non citio moueāmini à vestro sensu, neque terreāmini, neque per spíritum, neque per sermōnem, neque per epistolam tamquam per nos missam, quasi instet dies Dómini. Ne quis vos sedūcat villo modo: quóniam nisi vénerit discessio primū, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur

citur Deus, aut quod cōlitur, ita ut in templo Dei sēdeat ostēdens se tamquam sit Deus. Non retinētis, quid cūm adhuc essem apud vos, hæc dicēbam vobis? Et nunc quid detineat scitis, vt reuelētur in suo tempore. Nam mystérium iam operātur iniquitâtis: tantum ut qui tenet nunc, teneat, donec de médio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dóminus Iesus interficiet sp̄itu oris sui, & déstruet illustratiōne aduēntus sui.

*Psal*  
79.  
*Lucia*  
3.

Tractus. Qui regis Israēl, intende: qui deducis, velut ouem, Ioseph. ¶ Qui sedes super Chérubim, appâre coram Ephraim, Béniamin, & Manâsse. ¶ Excita Dómine poténtiam tuam, & veni, vt saluos fâcias nos.

Sequēntia sancti Euangélij secundum Lucam.

*A*nno quintodécimo impérij Tibérij Cæsaris, procurânte Póntio Piláto Iudæam, tetrárcha autem Galilææ Herôde, Philíppo autem fratre eius tetrárcha Iturææ, & Trachonítidis regiōnis, & Lysánia Abilinæ tetrárcha, sub princípibus sacerdótum Anna & Cáipha: factum est verbum Dómini super Ioáninem, Zachariæ filium, in deserto. Et venit in omnem regiōnem Iordânis, prædicans baptísmum pœnitentiæ in remissiōnem peccatórum, sicut scriptum est in libro sermōnum Isaïæ Prophétæ: Vox clamantis in deserto: Parate viam Dómini: rectas facite fémitas eius: omnis vallis im-

plébitur: & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt praua in dirécta, & áspera in vias planas: & vidēbit omnis caro salutare Dei.

Offertorium. E xulta satis filia Sion, prædica filia Ierúsalem: ecce Rex tuus venit tibi sanctus, & saluâtor. *Zach*  
9.

Secreta.

**S**acrificiis præsentibus, quæsumus Dómine, placatus intende, vt & deuotio[n]i nostræ proficiant, & saluti. Per Dóminum.

De sancta Maria. Secreta.

**N**mémentibus nostris, quæsumus Dómine, veræ fidei sacramenta confirma: vt qui concéptum de vírgine Deum verum & hominem confitêmur; per eius salutiferæ resurrectiōnis poténtiam, ad æternam mereâmur peruenire lætitiam.

Pro Papa. Secreta.

**O** Blátis, quæsumus Dñe, plâcere munéribus: & famulum tuum N. quem pastorem Ecclésiæ tuæ præesse voluisti, assídua protectione guberna. Per Dóminum nostrum.

Vel contra persecutores Ecclesiæ Secreta. Prótege nos, Dómine. vt in Feria vj. præcedenti. fol. II. Communion. Exultauit vt gigas ad curréndam viam: à summo cœlo egræssio eius, & occûrsus eius usque ad summum eius. *Psal*  
18.

Potcommunio.

**Q** Væsumus Dómine Deus noster: vt sacro[s]ancta mysteria, quæ pro reparatiōnis nostræ munimine contulisti; & præsens

nobis remedium esse facias, & futurum. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

De S. Maria. Postcommunio.

**G**ratiam tuam, quæsumus Domine, méntibus nostris infunde: vt qui, Angelo nuntiante, Christi Filiij tui incarnationem cognouimus; per passionem eius & crucem, ad resurrectionis gloriam perducâmur.

Pro Papa. Postcommunio.

**H**ec nos, quæsumus Domine, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, vna cum commissso sibi grege saluet semper, & muniat. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Vel contra persecutores Ecclesiæ, Postcommunio. Quæsumus Domine Deus noster. vt in Feria vj. præcedenti. fol. ii.

## DOMINICA IIII.

Aduentus.

Statio ad sanctos duodecim

Apostolos. Introitus.

 Orate cœli désuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet Salvatorem. Psalmus. Cœli enarrant gloriam Dei: & opera magnorum eius annuntiat firmamentum. Glória Patri.

Oratio.

**E**xulta, quæsumus Domine, potentiam tuam, & veni; & magna nobis virtute succurre: vt per auxilium gratiæ tuæ, quod

nostra peccata præpeditunt, indulgentia tua propitiatiōnis acceleret. Qui viuis & regnas cum Deo Patre.

De sancta Maria. Oratio.

**D**eus, qui de beatæ Mariæ virginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; vt qui verè eam genitricem Dei crédimus, eius apud te intercessiōibus adiuuēmur.

Contra persecutores Ecclesiæ.

Oratio.

**E**cclesiæ tuæ, quæsumus Domine, preces placatus admittit: vt, destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secūra tibi seruat libertatem. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Vel pro Papa. Oratio. Deus omnium fidélium. vt in Sabbato præcedenti. fol. 14.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Corínthios.

**F**ratres, Sic nos exsistim homo vt ministros Christi, & dispensatōres mysteriorum Dei. Hic iam queritur inter dispensatōres, vt fidēlis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscientum: sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadūisque veniat Dominus: qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium:

& tunc laus erit vnicuīque à  
Deo.

**Egal**  
**144.**  
Graduale. Propè est Dóminus  
omnibus inuocántibus eum, ómni-  
bus qui inuocant eum in veritáte.  
Vef. Laudem Dómini loquétur os  
meum: & benedícat omnis caro no-  
men sanctum eius. Alleluia, alleluia.  
Vef. Veni Dómine, & noli tardá-  
re: reláxa facínora plebis tuæ Israël.  
Alleluia.

S equéntia sancti Euangélij  
secundùm Lucam.

**Luca**  
**3.**  
**A**nno quintodécimo impé-  
rij Tibérij Cæsaris, procu-  
ránte Póntio Piláto Iudæam, te-  
trárcha autem Galilææ Herôde,  
Philíppo autem fratre eius te-  
trárcha Iturææ, & Trachoníti-  
dis regiōnis, & Lysánia Abilinæ  
tetrárcha, sub principib⁹ sacer-  
dótum Anna & Cáipha: factum  
est verbum Dómini super Ioán-  
nem, Zachariæ filium, in de-  
serto. Et venit in omnem regiō-  
nem Iordánis, prædicans baptí-  
smum poenitentiæ in remissiō-  
nem peccatórum, sicut scriptum  
est in libro sermónum Isaíæ Pro-  
phétæ: Vox clamantis in deserto:  
Parate viam Dómini: rectas faci-  
te sémitas eius: omnis vallis im-  
plébitur: & omnis mons, & col-  
lis humiliabitur: & erunt praua  
in dirécta, & áspera in vias pla-  
nas: & vidébit omnis caro salutâ-  
re Dei. **Credo.**

Offertorium. Ave María, grátia  
plena: Dóminus tecum: Benedícta tu  
in muliérib⁹, & benedíctus fructus  
ventris tui.

Secreta.

**S**acrificiis præséntibus, quæsu-  
mus Dómine, placátus intén-  
de: vt & deuotíoni nostræ profi-  
ciant, & salúti. Per Dóminum.

De sancta Maria. Secreta.

**I**n méntibus nostris, quæsumus  
Dómine, veræ fidei sacraménta  
confirma: vt qui concéptum de  
vírgine Deum verum & hómi-  
nem confitémur; per eius salutí-  
feræ resurrectiōnis poténtiam,  
ad æternam mereámur peruenire  
lætitiam.

Contra persecutores Ecclesiæ.  
Secreta.

**P**rótege nos, Dómine, tuis  
mystériis seruiéntes: vt diuini-  
nis rebus inhæréntes, & còrpore  
tibi famulémur, & mente. Per  
Dóminum nostrum.

Vel pro Papa. Secreta. O blátis,  
quæsumus Dómine. vt in Sabbato  
præcedenti. fol. 15.

Communio. Ecce virgo concí-  
piet, & páriet filium: & vocábitur no-  
men eius Emmáuel.

Postcommunio.

**S**umptis munéribus, quæsumus  
Dómine, vt cum frequentatiō-  
ne mystérij, crescat nostræ salútis  
efféctus. Per Dóminum nostrum  
Iesum Christum Fílium tuum.

De S. Maria. Postcommunio.

**G**ratiam tuam, quæsumus  
Dómine, méntibus nostris  
infunde: vt qui, Angelo nuntiante,  
Christi Fílij tui incarnationem  
cognóuimus; per passionem eius  
& crucem, ad resurrectiōnis gló-  
riam perducámur.

Contra persecutores Ecclesiae.  
Postcommunio.

**Q**uæsumus Dómine Deus noster: vt, quos diuina tríbuis participatiōne gaudere, humánis non finas subiacere periculis. Per Dóminum nostrum.

Vel pro Papa. Postcommunio.

**H**æc nos, quæsumus Dómine. vt in Sabbato præcedenti. fol. 16.

**S**i Vigilia Nativitatis Domini venerit in Dominica, totum Officium Missæ fit de Vigilia, cum commém. Dominicæ: sed non legitur eius Euangelium in fine.

## I N V I G I L I A

Nativitatis Domini.

*Statio ad S. Mariam matrem.*

Introitus.

**H**odie sciētis, quia véniet Dóminus, & saluābit nos: & manè vidébitis glóriam eius. Psalmus. Dómini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi qui hábitant in eo. Glória Patri.

Oratio.

**D**eus, qui nos redemptiōnis nostræ ánnua expectatiōne lætificas: præsta, vt Vnigénitum tuum, quem Redemptorem læti suscipimus, veniéntem quoque iudicem secúri videāmus, Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: Qui tecum viuit.

Et dicitur hæc Oratio tantum, nisi Vigilia venerit in Dominica.

*Lectio Epistolæ beati Pauli*

Apóstoli ad Romáños.

**P**Aulus, seruus Iesu Christi, vocátus Apóstolus, segregá-

tus in Euangélium Dei, quod ante promiserat per Prophétas suos in Scripturis sanctis de Fílio suo, qui factus est ei ex sémine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est Fílius Dei in virtute secundum spíritum sanctificatiōnis ex resurrectiōne mortuorum Iesu Christi Dómini nostri: per quem accépimus grātiā & Apostolatum ad obediēndum fidei in omnibus Géntibus pronomine eius, in quibus estis & vos vocati Iesu Christi Dómini nostri.

*Graduale.* H ódie sciētis, quia véniet Dóminus, & saluābit nos: & manè vidébitis glóriam eius. Qui regis Israël, inténde: qui deducis, velut ouem, Ioseph: qui sedes super Chérubim, appâre coram Ephraim, Bénamin, & Manásse.

*Non dicitur Alleluia,* cum sequenti Versu, nisi hæc Vigilia venerit in Dominica.

Alleluia, alleluia. Crástina die délebitur iniquitas terræ: & regnabit super nos Saluátor mundi. Alleluia.

*S*equentia sancti Euangélij secundum Matthæum.

**C**um esset despónsata mater Iesu María Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in útero habens de Spíritu sancto. Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occul̄te dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Dómini appáruit in somnis ei, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accípere Ma-

Exodi  
16.

Præl.  
79.

Mat.  
15.

riam

riam cóniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spíitu sancto est. Páriet autem filium: & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet pópulum suum à peccátis eórum.

*p/ al.  
23.* Offertorium. Tóllite portas, príncipes, vestras: & eleuámini portæ æternáles, & introíbit Rex gloriæ.

Secreta.

**D**A nobis, quæsumus omnípotens Deus: vt sicut adoranda Fílij tui natalitia præuenimus; sic eius múnera capiámus sempitérna gaudéntes. Qui tecum viuit & regnat.

Communio. Reuelabitur glória Dómini: & vidèbit omnis caro salutare Dei nostri.

Postcommunio.

**D**A nobis, quæsumus Dómine, vnigéni Fílij tui recensisita nativitate respirare: cuius cælesti mystério pascimur, & potámur. Per eúndem Dóminum.

**S**acerdos, quoniam in die Natalis Domini celebrat tres Missas, in prima & secunda Missa non sumat purificationem, sed in tercua Missa tantum: & in prima & secunda abluat digitos in aliquo vase mundo.





# IN NATIVITATE DOMINI, AD PRIMAM MISSAM IN NOCTE.

*Statio ad sanctam Mariam  
maiorem ad Præsepe.*

*Introitus.*



Omnis dixit ad me:  
Filius meus es tu , ego  
hodie genui te. Psal-  
mus. Quare fremuer-  
unt Gentes : & po-  
puli meditati sunt  
inania? Glória Patri.

*Oratio.*

**D**eus, qui hanc sacratissimam  
noctem veri lúminis fecisti  
illustratiōne clārēscere: da quæsumus;  
vt cuius lucis mysteria in  
terra cognouimus, eius quoque  
gāudijs in cālo perfruāmur. Qui  
tecum viuit & regnat.

Léctio Epistolæ bēati Pauli  
Apóstoli ad Titum.

**C**harissime, Apparuit grātia  
Dei Saluatoris nostri omnibus  
homínibus, erudiens nos, vt  
abnegantes impietātem, & sāculāria  
desidēria, sōbrie, & iustē, &  
piè viuāmus in hoc sāculo, expe-  
ctantes bēatam spem, & aduen-  
tum gloriæ magni Dei, & Salua-  
toris nostri Iesu Christi: qui dedit  
semetipsum pro nobis, vt nos re-  
dimeret ab omni iniquitatē, &  
mundaret sibi populum accepta-  
bilem, sectatōrem bonōrum óperum.  
Hec lóquere, & exhortāre:  
in Christo Iesu Dōmino nostro.

*Graduale. T ecum principium in*

die virtutis tuæ: in splendóribus san-  
ctorum, ex utero ante luciferum genui-  
te. **v.** Dixit Dōminus Dōmino meo:  
Sede à dexteris meis: donec ponam ini-  
micos tuos, scabellum pedum tuorum.  
Alleluia, alleluia. **v.** Dōminus dixit  
ad me: Filius meus es tu , ego hodie  
genui te. Alleluia.

*Sequentia sancti Euangélij  
secundum Lucam.*

**I**n illo tempore: Exiit edictum  
à Cæsare Augūsto, vt describeretur  
vniuersus orbis. Hac descrip-  
tio prima, facta est à prāside Sy-  
riæ Cyrino: & ibant omnes vt  
profiterentur singuli in suam ciui-  
tatem. Ascendit autem & Ioseph  
à Galilæa de ciuitate Názareth in  
Iudæam in ciuitatem Dauid, quæ  
vocatur Béthlhem: eo quod esset  
de domo & familia Dauid, vt  
profiteretur cum María despónsa-  
ta sibi vxore prægnante. Factum  
est autem, cùm essent ibi, impléti  
sunt dies vt páreret. Et pérerit  
Filium suum primogénitum, &  
pannis eum inuoluit, & recliná-  
uit eum in præsépio: quia non  
erat eis locus in diuersorio. Et  
pastores erant in regione cādem  
vigilantes, & custodiétes vigi-  
lias noctis super gregem suum. Et  
ecce Angelus Dōmini stetit iux-  
ta illos, & cláritas Dei circum-  
fūlxit illos, & timuérunt timore  
magno. Et dixit illis Angelus:

Noli-

Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum: Inuenientis infantem pannis inuolatum, & positum in praesepio. Et subito facta est cum Angelo multitudo militiae celestis, laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Credo.

Offertorium. Extentur celi, & exultet terra ante faciem Domini: quoniam venit.

Secreta.

**A**ccpta tibi sit, Domine, quæsumus, hodiernæ festiuitatis oblatione: ut tua gratia largiente, per haec sacrosancta commercia, in illius inueniamur forma, in quo tecum est nostra substantia. Qui tecum viuit & regnat.

Præfatio. Quia per incarnati.

Et dicitur quotidie usque ad Epiphaniam, præterquam in die Octaua S. Ioannis.

Infra actionem. Communicantes, & noctem sacratissimam celebrantes. Et dicitur quotidie usque ad Octauam Natiuitatis inclusuè: sed in hac Missa tantum dicitur noctem, deinceps vero diem.

Communio. In splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te.

Postcommunio.

**D**an nobis, quæsumus Domine Deus noster: ut qui natiuitatem Domini nostri Iesu Christi mystérijs nos frequentare gaudemus;

dignis conuersationibus ad eius mereamur peruenire consortium. Qui tecum viuit.


**P**Debet Sacerdos etiam ante sequentes Missas confessionem dicere, & in fine cuiuslibet populo benedicere, & Euangelium sancti Ioannis, In principio erat verbum. legere, vt infra, fol. 24.

Post tertiam verò Missam, loco prædicti Euangelij dicitur Euangelium, Cum natus esset Iesus, quod habetur in die Epiphanie, folio. 47.

## AD SECUNDAM MISSAM in aurora

Statio ad Sanctam Anastasiam.

Introitus.



Vx fulgebit hodie supernos: quia natus est nobis Dominus: & vocabitur Admirabilis, Deus, Princeps pacis, Pater futuri saeculi: cuius regni non erit finis. Psalmus. Dominus regnauit, decorem induitus est: induitus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se. y. Gloria Patri.

Oratio.

**D**an nobis, quæsumus omnipotens Deus: ut qui noua incarnationi Verbi tui luce perfundimur; hoc in nostro resplendeat opere, quod per fidem fulget in mente. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum.

Pro commemoratione sanctæ Anastasie. Oratio.

**D**an, quæsumus omnipotens Deus, ut qui beatæ Anastasie martyris tuæ solennia colimus:

*Tit. 3. b.* mus: eius apud te patrocínia sen-  
tiámus. Per Dóminum.

Léctio Epistolæ beati Pauli  
Apóstoli ad Titum.

*C* Haríssime, Appáruit bení-  
gnitas & humánitas Salua-  
toris nostri Dei: non ex opéribus  
iustitiæ, quæ fecimus nos, sed se-  
cúndùm suam misericórdiam sal-  
uos nos fecit, per lauácrum rege-  
neratiōnis & renouatiōnis Spir-  
itus sancti, quem effūdit in nos  
abúndè per Iesum Christum Sal-  
uatorem nostrum: vt iustificati  
gratia ipsius, herédes simus secún-  
dùm spem vitæ ætérnæ: in Chri-  
sto Iesu Dómino nostro.

*Psal. 1. 17.* Graduale. B enédictus qui venit  
in nōmine Dómini: Deus Dóminus,  
& illúxit nobis. *y.* A Dómino fa-  
ctum est istud: & est mirábile in óculis  
nostris. *A* llélúia, allelúia. *y.* Dómi-  
nus regnávit, decòrem induit: induit  
Dóminus fortitudinem, & præcinxit  
se virtute. Allélúia.

S equentia sancti Euangélij  
secúndùm Lucam.

*Lucas 2. b.* *I*n illo tempore: Pastóres lo-  
quebántur ad ínuicem: Trans-  
cémus vsque Béthlehem, & videá-  
mus hoc verbum, quod factum  
est, quod Dóminus osténdit no-  
bis. Et venérunt festináentes: & in-  
uenérunt Mariam, & Ioseph, &  
infantem pósitum in præsépio.  
Vidéntes autem cognouérunt de  
verbo, quod dictum erat illis de  
púero hoc. Et omnes, qui audié-  
runt, miráti sunt: & de his, quæ  
dicta erant à pastóribus ad ipsos.  
Mariá autem conseruábat ómnia

verba hæc, cónferens in corde suo.  
Et reuérsi sunt pastóres glorificán-  
tes & laudántes Deum, in ómnibus  
quæ audíerant & viderant,  
sicut dictum est ad illos. *C* redo.

*Psal. 9. 2.* Offertorium. D eus firmáuit or-  
bem terræ, qui non commouébitur:  
paráta sedes tua Deus ex tunc, à sæcu-  
lo tu es. Secreta.

*M* Vnera nostra, quæsumus  
Dómine, natuítatis ho-  
diernæ mystérijs apta prouéniant,  
& pacem nobis semper infundant:  
vt sicut homo génius idem reful-  
sit & Deus, sic nobis hæc terréna  
substántia cónferat quod diu-  
num est. Per eúmdem Dóminum  
nostrum Iesum Christum.

Pro S. Anastasia. Secreta.

*A* Ccipe, quæsumus Dómine,  
múnera dignanter oblata:  
& beatæ Anastásiae mártiris tuæ  
suffragántibus méritis, ad nostræ  
salutis auxiliu[m] prouenire concé-  
de. Per Dóminum nostrum Iesum  
Christum Fílium tuum.

Præfatio, & C ommunicantes. *Vt*  
suprà in prima Misla.

*Zan.* Communion. E xulta filia Sion,  
lauda filia Ierúsalem: ecce Rex tuus ve-  
nit sanctus, & saluátor mundi.

Postcommunio.

*H* Viis nos, Dómine, sacra-  
ménti semper nouitas na-  
talis instáuret: cuius natuítas sin-  
gularis humánam répulit vetustá-  
tem. Per eúmdem Dóminum no-  
strum Iesum Christum.

Pro S. Anastasia. Postcommunio.

*S* Atiásti, Dómine, familiam  
tuam munéribus sacrís: eius,  
quæ-

quæsumus, interuentione nos réfoue, cuius solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum.

**AD TERTIAM MISSAM**  
in die Natiuitatis Domini.  
*Statio ad S. Mariam maiorem.*

Introitus.



Ver natus est nobis, & filius datus est nobis: cuius impérium super húmerum eius: & vocabitur nomen eius, magni consilij Angelus. **Psalmus.** Cantate Dómino cáanticum nouum: quia mirabilia fecit. **¶ Glória Patri.**

Oratio.

**C**oncède quæsumus omnípotens Deus: vt nos Vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet; quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eúdem Dóminum nostrum.

Léctio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Hebræos.

**M**ultifariam, multisque modis olim Deus loquens pátribus in Prophétis: nouissimè, diébus istis locútus est nobis in Fílio, quem constituit herédem vniuersorum, per quem fecit & sacerdota: qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substanciæ eius, portansque ómnia verbo virtutis suæ, purgatiōnem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excélsis: tanto mélior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando Angelorum: Fílius meus es tu, ego hodie géri te? Et rursum:

Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? Et cùm iterum introducit primogénitum in orbem terræ, dicit: Et adórent eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos suos spíritus, & ministros suos flammam ignis. Ad Fílium autem: Thronus tuus Deus in sæculum sæculi: virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, óleo exultationis præ participibus tuis. Et: Tu in principio Dómine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes vestimentum veteráscerent: & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficien.

**Graduale.** Vidérunt omnes fines terræ salutare Dei nostri: iubilatè Deo omnis terra. **¶ Notum** fecit Dóminus salutare suum: ante conspéctum gentium reuelauit iustitiam suam. **Alleluia, alleluia.** **¶ Dies** sanctificatus illuxit nobis: venite gentes, & adoratè Dóminum: quia hodie descendit lux magna super terram. Alleluia.

I nítium sancti Euangélij secundum Ioánnem.

**I**n principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lu-

cet, & tenebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus à Dœo, cui nomen erat Ioánnes. Hic venit in testimónium, vt testimónium perhibéret de lúmine, vt omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed vt testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognóvit. In propria venit, & sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestâtem filios Dei fieri, his, qui credunt in nōmine eius: qui non ex sanguíni- bus, neque ex voluntâte carnis, neque ex voluntâte viri, sed ex Dœo nati sunt. \* Et verbum caro factum est, & habitâuit in nobis: & vidi misericordiam eius, misericordiam quasi vniuersitati Patre, plenum grátiae & veritatis. C redi.

Offertorium. Tu iunt cæli, & tua est terra: orbem terrârum, & plenitudinem eius tu fundâsti: iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. Secreta.

O Blata Dómine múnera, noua Vnigéniti tui natuuitate sanctifica: nosque à peccatorum nostrorum máculis emunda. Per eundem Dóminum nostrum.

Præfatio, & C ommunicantes. vt suprà in prima Missa.

Communio. Vidérunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.

Postcommunio.

P Ræsta quæsumus omnipo- tens Deus: vt natus hodie

Saluâtor mundi, sicut diuinæ nobis generatiōnis est auctor; ita & immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum viuit.

I N F E S T O  
sancti Stephani Protomartyris.  
Statio ad S. Stephanum in Cælio monte. Introitus.



Edérunt príncipes, & ad uérsum me loquebántur: & iniqui persecuti sunt me: adiuua me, Dómine Deus meus, quia seruus tuus exercebâtur in tuis iustificationibus. Psalmus. Beati immaculati in via: qui ábulant in lege Dómini. Glória Patri.

Oratio.

D A nobis, quæsumus Dómine, imitari quod cõlimus, vt discâmus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebrâmus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorâre Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: Qui tecum viuit & regnat. Et fit commem. de Natuuitate.

Oratio.

C Oncede quæsumus omnipo- tens Deus: vt nos Vnigéniti tui noua per carnem natuuitas libe- ret, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eundem Dóminum nostrum.

Léctio Actuum Apostolorum.

I N diébus illis: Stéphanus ple- nus grátia & fortitudine, faciebat prodígia & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenén-

sium, & Alexandrinôrum, & eôrum qui erant à Cilicia, & Asia, disputantes cum Stéphano: & non pôterant résistere sapiéntiae, & Spirítui, qui loquebâtur. Audientes autem hæc dissecabantur córdibus suis, & stridabant dêntibus in eum. Cùm autem esset Stéphanus plenus Spíritu sancto, intèndens in cælum, vidi glòriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei. Et ait: Ecce video cælos apertos, & Filiū hominis stantem à dextris Dei. Exclamantes autem voce magna continuèrent aures suas, & ímpetum fecerunt vnanímiter in eum. Et ejcidentes eum extra ciuitatem lapidabant: & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabâtur Saulus. Et lapidabant Stéphanum inuocántem, & dicentem: Dómine Iesu suscipe spíritum meum. Pósitum autem génibus, clamauit voce magna, dicens: Dómine ne státuas illis hoc peccatum. Et cùm hoc dixisset, obdormiuit in Dómino.

**G**raduale. Sedérunt príncipes, & aduérsum me loquebântur: & iniqui persecuti sunt me. **y.** Adiuua me Dómine Deus meus: saluum me fac propter misericordiam tuam. Alleluia, alleluia. **y.** Video cælos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei. Alleluia.

Sequentia sancti Euangélij secundum Matthæum.

**I**n illo tempore: Dicébat Iesus Scribis & Pharisæis: Ecce ego

mitto ad vos Prophétas, & sapientes, & Scribas, & ex illis occidētis, & crucifigētis, & ex eis flagellabitis in synagógis vestris, & persequéminti de ciuitate in ciuitatem: vt véniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zacharíæ, filij Barachíæ, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, vénient hæc ómnia super generatiōnem istam. Ierúsalem, Ierúsalem, quæ occidis Prophétas, & lapidás eos qui ad te missi sunt, quóties vólvi congregare filios tuos, quemadmodum gallina cóngregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce, relinquéatur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis, non me vidébitis ámodò, donec dicáti: Benedictus, qui venit in nōmine Dómini. C redo.

**O**ffertorium. E legérunt Apóstoli Stéphanum leuitam, plenum fide & Spíritu sancto, quem lapidauerunt Iudæi orántem, & dicentem: Dómine Iesu áccipe spíritum meum, alleluia.

**S**ecreta.

**S**uscipe Dómine múnera pro tuorum commemoratione Sanctorum: vt sicut illos pássio gloriósos effécit, ita nos deuotio reddat innócuos. Per Dóminum nostrum.

**D**e Natuitate. **S**ecreta.

**O**blata Dómine múnera, noua Vnigeniti tui natuitate sanctifica: nosque à peccatorum nostrorum máculis emúnda. Per

cum-

**48.7** eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

**Communio.** Vídeo cælos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei: Dómine Iesu, accipe spíritum meum, & ne statuas illis hoc peccatum. **Postcommunio.**

**A**Vxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mysteria: & intercedente beato Stéphano mártyre tuo, sempiterna protectione confirmant. Per Dóminum.

**De Natiuitate. Postcommunio.**

**P**Ræsta quæsumus omnipo-tens Deus: vt natus hodie Saluátor mundi, sicut diuina nobis generatiōnis est auctor; ita & immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum viuit & regnat.

## INFESTO

S. Ioannis Apostoli & Euangeli.  
*Statio ad S. Mariam maiorem.*

**Introitus.**

**E**cclésiam tuam, Dómine, benignus illústra: vt beáti Ioánnis Apóstoli tui & Euangeli-stæ illuminata doctrínis, ad dona perueniat sempiterna. Per Dñm. **Psalmus.** Bonum est confiteri Dño: & psallere nómini tuo Altissime. **y.** Glória Patri.

**Oratio.**

**E**Cclésiam tuam, Dómine, benignus illústra: vt beáti Ioánnis Apóstoli tui & Euangeli-stæ illuminata doctrínis, ad dona perueniat sempiterna. Per Dñm.

**De Natiuitate. Oratio.**

**C**Oncéde quæsumus omnipo-tens Deus: vt nos Vnigeniti tui noua per carnem natuítas li-

beret, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

**De S. Stephano. Oratio.**

**D**A nobis, quæsumus Dómi-ne, imitari quod colimus, vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebrámus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: Qui tecum viuit & regnat.

**L**ectio libri Sapiéntiæ.

**Q**ui timet Deum, faciet bona: & qui continens est iustitiae, apprehendet illam, & obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illum pane vitæ & intellectus: & aqua sapiéntiæ salutaris potabit illum: & firmabitur in illo, & non flectetur: & continabit illum, & non confundetur: & exaltabit illum apud próximos suos, & in medio Ecclésiæ apériet os eius, & adimplabit illum spíritu sapiéntiæ & intellectus, & stola gloriæ vestiet illum. Iucunditatem, & exultationem thesaurizabit super illum, & nōmine æterno hereditabit illum, Dóminus Deus noster.

**Graduale.** E xiit sermo inter fratres, quod discipulus ille non móritur: & non dixit Iesus, Non móritur. **y.** Sed sic eum volo manere, donec véniam: tu me sequere. **A**lleluia, alleluia. **y.** Hic est discipulus ille, qui testimoniū pérhibet de his: & scimus quia verum est testimoniū eius. Alleluia.

**S**equentia sancti Euangeli secundum Ioánnem.

**I**n illo tempore: Dixit Iesu-s Petro: Séquere me. Conuérsus

Petrus vidit illum discípulum, quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in cœna super petrus eius, & dixit: Dómine, quis est, qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Iesu: Dómine, hic autem quid? Dicit ei Iesus: Sic eum volo manere donec véniam, quid ad te? tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quia discípulus ille non móritur. Et non dixit ei Iesus: Non móritur; sed: Sic eum volo manere donec véniam, quid ad te? Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his, & scripsit hæc: & scimus, quia verum est testimónium eius. Credo.

Offertorium. Iustus ut palma florēbit: sicut cedrus, quæ in Líbano est, multiplicabitur.

Secreta.

**S**Vscipe Dómine múnera, quæ in eius tibi solemnitate deférimus, cuius nos confidimus patrocínio liberari. Per Dóminum.

De Natiuitate. Secreta.

**O** Blata Dómine múnera, noua Vnigénti tui natiuitate sanctifica: nosque à peccatórum nostrorum máculis emunda.

De S. Stephano. Secreta.

**S**Vscipe Dómine múnera protuorum commemoratione Sanctórum: vt sicut illos pássio gloriósos effecit, ita nos deuotio reddat innócuos. Per Dóminum.

Præfatio, & Communicantes. de Natiuitate.

Communio. Exiit sermo inter fratres, quod discípulus ille non móritur: & non dixit Iesus, Non móri-

tur, sed: Sic eum volo manere donec véniam. Postcommunio.

**R**Efecti cibo potique cælesti, Deus noster, te supplices deprecāmur: vt in cuius hæc commemoratiōne percépimus, eius muniāmur & præcibus. Per Dñm. De Natiuitate. Postcommunio.

**P**Ræsta quæsumus omnipotens Deus: vt natus hodie Salvator mundi, sicut diuinæ nobis generatiōnis est auctor; ita & immortalitatis sit ipse largitor.

De S. Stephano. Postcommunio.

**A**Vxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mysteria: & intercedente beato Stéphano martyre tuo, sempiterna protectione confirmant. Per Dóminum.

I N F E S T O  
sanctorum Innocentium.  
Statio ad sanctum Paulum.

Introitus.

**E**X ore infantium, Deus, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos. Psalmus. Dómine ibid.

Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! Glória Patri. Non dicitur, Glória in excélsis, nec Alleluia, nec Ite Missa est, nisi hoc Festum venerit in Dominica: sed in Octaua semper dicuntur. Oratio.

**D**eus, cuius hodierna die præconium Innocentes martyres non loquéndo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica; vt fidem tuam, quam lingua nostra

stra loquitur, etiam mōribus vita fateatur. Per Dōminum.

De Natiuitate. Oratio.

**C**oncēde quæsumus omnīpotēns Deus: vt nos Vnigēniti tui noua per carnem natūritas liberet, quos sub peccāti iugo vetūsta fērūtus tenet.

De S. Stephano. Oratio.

**D**a nobis, quæsumus Dōmine, imitari quod cōlimus, vt discāmus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebrāmus, qui nouit etiam pro persecutorib⁹ exorāre Dōminum nostrum Iesum Christum Filiū tuum.

De sancto Ioanne. Oratio.

**E**cclēsiām tuām, Dōmine, benignus illūstra: vt beāti Ioānnis Apóstoli tui & Euangeliſtæ illumināta doctrinā, ad dona perūniat sempitēra. Per Dōminum nostrum.

Lēctio libri Apocalypsis beāti Ioānnis Apóstoli.

**I**n diēbus illis: Vidi supra montem Sion Agnum stantem, & cum eo centum quadraginta quātuor mīllia habēntes nomen eius, & nomen Patris eius scriptum in frōntibus suis. Et audīui vocē de cāelo, tamquam vocē aquārum multārum, & tamquam vocē tonītrui magni: & vocē, quam audīui, sicut citharēdōrum citharizāntium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem, & ante quātuor animālia, & seniōres: & nemo pōterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quātuor mī-

lia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coquinatī: Virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum, quocūmque īerit. Hi empti sunt ex hominibus primītīae Deo, & Agno, & in ore eōrum non est inuēntum mendacium: sine mácula enim sunt ante thronum Dei.

Graduale. A nīma nostra, sicut passer, erēpta ēst de lāqueo venātum.

¶. Lāqueus contritus ēst, & nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nōmine Dōmini, qui fecit cālum & terram. A lēlūia, allelūia. ¶. Laudāte pūeri Dōminum, laudāte nōmen Dōmini. Allelūia.

Tractus subscriptus semper dicitur, prætermisso Allelūia, & y. se- quente, nisi hoc Festum venerit in Dominica. In Octaua vērō num- quam dicitur.

Tractus. E ffudērunt sanguinem sanctorum, velut aquam in circūitu Ierūsalem. ¶. Et non erat qui sepe līret. ¶. Vīndica Dōmine sanguinem sanctorum tuōrum, qui effusus ēst su- per terram.

Sequēntia sancti Euangēlij secundūm Matthēum.

¶. N illo tempore: Angelus Dōmini appāruit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Āgyptum, & esto ibi vsque dum dicam tibi. Futūrum ēst enim vt Herōdes querat puerum ad perdēndū eum. Qui consurgens accēpit puerum & matrem eius nocte, & secēssit in Āgyptum: & erat ibi vsque ad óbitum Herōdis: vt

adimpleretur quod dictum est à Dómino per Prophétam dicéntem: Ex Ægypto vocáui Fílium meum. Tunc Heródes vidēs quóniam illūsus esset à Magis, irātus est valdè, & mittens occidit omnes púeros, qui erant in Béthlehem, & in ómnibus finibus eius, à bimátu & infra, secundum tempus quod exquisierat à Magis. Tunc adimplētū est quod dictum est per Ierémiam Prophétam dicéntem: Vox in Rama audita est, plorátus & v lulátus multus: Rachel plorans filios suos, & nóluit consolari, quia non sunt. Credo.

Offertorium. Anima nostra, sicut pass̄er, erépta est de láqueo venántium: láqueus contritus est, & nos liberati sumus. Secreta.

**S**anctōrum tuōrum, Dómine, nobis pia non desit oráatio quæ & múnera nostra concílet, & tuam nobis indulgētiām semper obtineat. Per Dóminum.

De Natuitate. Secreta.

**O** Blata Dómine múnera, noua Vnigénti tui natuitate sanctifica: nosque à peccatōrum nostrōrum máculis emunda.

De S. Stephano. Secreta.

**S**Vscipe Dómine múnera pro tuōrum commemorationē Sanctōrum: vt sicut illos pássio gloriósos effecit, ita nos deuotio reddat innócuos.

De sancto Ioānne. Secreta.

**S**Vscipe Dómine múnera, quæ in eius tibi solemnitatē defērimus, cuius nos confidimus patrōcínio liberari. Per Dóminum.

Communio. Vox in Rama audita est, plorátus & v lulátus: Rachel plorans filios suos, & nóluit consolari, quia non sunt. Postcommunio.

**V**Otiua, Dómine, dona percépimus: quæ Sanctōrum nobis prēcibus, & præséntis quæsumus vitæ, páriter & æternæ trībue conferre subsídium. Per Dñm.

De Natuitate. Postcommunio.

**P**Ræsta quæsumus omnípotens Deus: vt natus hodie Saluātor mundi, sicut diuīnæ nobis generatiōnis est auctor; ita & immortalitatis sit ipse largitor.

De S. Stephano. Postcommunio.

**A**Vxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mysteria: & intercedente beato Stéphano martyre tuo, sempiterna protectione confirmēt.

De S. Ioanne. Postcommunio.

**R**Efēcti cibo potūque cælesti, Deus noster, te supplices deprecāmur: vt in cuius hæc commemorationē percépimus, eius muniāmur & prēcibus. Per Dñm.

**¶** Si festum S. Thomæ venerit in Dñica, transfertur in sequentē diē.

## I N F E S T O

S. Thomæ Episcopi & mart.

Introitus.



Audeāmus omnes in Dómino, diem festum celebrantes sub honore beati Thomæ martyris: de cuius passiōne gaudent Angeli, & collaudant Fílium Dei. Psalmus. Exultate iusti in Dómino: rectos decet collaudatiō. Glória Patri.

Oratio.

## Oratio.

**D**eus, pro cuius Ecclésia gloriōsus póntifex Thomas gládiis impiōrum occubuit: præsta quæsumus; vt omnes, qui eius implorant auxilium, pétitionis suæ salutarem consequántur efféctum. Per Dóminum.

De Natiuitate. Oratio.

**C**oncède quæsumus omnípotens Deus: vt nos Vnigéniti tui noua per carnem natíuitas líberet; quos sub peccati iugo vetusta féruit tenet.

De S. Stephano. Oratio.

**D**a nobis, quæsumus Dómine, imitari quod cólimus, vt discámus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebrámus, qui nouit etiam pro persecutoribus exoráre Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

De S. Ioanne. Oratio.

**E**cclésiam tuam, Dómine, benignus illústra: vt beáti Ioánnis Apóstoli tui & Euangelistæ illuminata doctrínis, ad dona perueniat sempiterna.

De SS. Innocentibus Oratio.

**D**eus, cuius hodierna die præcónium Innocéntes mártires non loquéndo, sed moriéndo confessi sunt: ómnia in nobis vitiōrum mala mortifica; vt fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, etiam móribus vita fateátur. Per Dóminum nostrum.

Lécito Epistolæ beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

**F**ratres, Omnis póntifex ex homínibus assūmptus, pro

homínibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, vt offérat dona, & sacrificia pro peccatis: qui condolere possit ijs, qui ignórant, & errant: quóniam & ipse circúndatus est infirmitate: & propterea debet, quemádmodum pro populo, ita etiam & pro semetípsò offérre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tamquam Aaron. Sic & Christus non semetípsum clarificauit vt póntifex fieret: sed qui locútus est ad eum: Fílius meus es tu, ego hodie géri te. Quemádmodum & in alio loco dicit: Tu es facérdos in ætérnum secundum ordinem Melchisedech.

Graduale. Ecce facérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo. Ecc  
4+ Non est inuénitus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi. A Ille lúia, allelúia. Ilo Ego sum pastor bonus: & cognoscó oves meas, & cognoscunt me meæ. Allelúia.

Sequéntia sancti Euangélij secundum Ioánnem.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus Pharisæis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor ánimam suam dat pro óibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit: & lupus rapit, & dispérgit oves: mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de óibus. Ego sum pastor bonus: & cognoscó meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me Pater, &

ego agnōsco Patrem : & ánimam  
meam pono pro óibus meis. Et  
alias oues hábeo, quæ non sunt ex  
hoc ouíli : & illas opórtet me ad-  
dúcere, & vocem meam áudient,  
& fiet vnum ouile , & vnum pa-  
stor. Credo.

Offertorium. Posuísti, Dómine,  
in cápite eius tóronam de lápide pre-  
tióso : vitam pétijt à te , & tribuísti ei,  
allelúia. Secreta.

**M**vnera tibi, Dómine, dicá-  
ta sanctifica: & , interce-  
dente beáto Thoma mártyre tuo  
atque Pontífice , per éadem nos  
placátus inténde. Per Dóminum.

De Natiuitate. Secreta.

**O**blata Dómine múnera , no-  
ua Vnigéniti tui natiuitáte  
sanctifica : nosque à peccatórum  
nostrórum máculis emúnda.

De S. Stephano. Secreta.

**S**Vscipe Dómine múnera pro  
tuôrum commemoratione  
Sanctórum : vt sicut illos pássio  
gloriósos effécit , ita nos deuótio  
reddat innócuos.

De sancto Ioanne. Secreta.

**S**Vscipe Dómine múnera , quæ  
in eius tibi solemnítate defé-  
rimus : cuius nos confidimus pa-  
trocinio liberári.

De SS. Innocentibus. Secreta.

**S**Anctórum tuôrum , Dómine ,  
nobis pia non desit orálio:quæ  
& múnera nostra conciliet , &  
tuam nobis indulgentiam semper  
obtineat. Per Dóminum.

Communio. Ego sum pastor bo-  
nus, & cognóscō oues meas , & cognó-  
scunt me meæ.

Postcommunio.

**H**Æc nos cõmúnio, Dómine,  
purget à crímine:&, interce-  
dente beáto Thoma mártyre tuo  
atque Pontífice , cælestis remédijs  
ficiat esse consórtes. Per Dñm.

De Natiuitate. Postcommunio

**P**Ræsta quæsumus omnipo-  
tens Deus : vt natus hodie  
Saluátor mundi , sicut diuínæ no-  
bis generatiōnis est auctor; ita &  
immortalitatis sit ipse largítor.

De S. Stephano. Postcommunio.

**A**Vxiliéntur nobis , Dómine,  
sumpta mysteria : & interce-  
dente beáto Stéphano mártyre  
tuo, sempiterna protectione con-  
firmant.

De S. Ioanne. Postcommunio.

**R**Efecti cibo potuque cælé-  
sti, Deus noster, te supplices  
deprecámur: vt in cuius hæc com-  
memoratiōne percépimus , eius  
muniámur & præcibus.

De sanctis Innocentibus.

Postcommunio.

**V**otua, Dómine,dona percé-  
pimus : quæ Sanctórum no-  
bis præcibus , & præsentis quæsum-  
us vitæ, pariter & æternæ tríbue  
conférre subsídium. Per Dñm.

**¶** Si festum Natititatis Do-  
mini , sancti Stephani, S. Ioannis  
Euangelistæ , & sanctorum Inno-  
centium venerit in Dominica ,  
ipsa die nihil fit de Dominica : sed  
die proximo post festum sancti  
Thomæ martyris dicitur Missa de  
Dominica. Si auté festum S. Tho-  
mæ venerit in Dominica , dicitur  
Missa de Dominica , cum com-

memo-

memorazione aliarum Octauarum: & festum S. Thomæ transfertur in secundam Feriam.

**S**i verò post festum sancti Thomæ fuerit Sabbatum, ipsa die Sabatti dicitur Missa de Octaua Natiuitatis, cum commemoratione aliarum Octuarum: & in die sancti Silvestri fit Officium de eo cum commemoratione Dominiacæ, & Octuarum.

## DOMINICA INFRA Octauam Natiuitatis Do- mini.

Introitus.

 Vm médium siléntium tenérēt ómnia, & nox in suo cursu médium iter habēret, omnípotens sermo tuus Dómine, de cælis à regálibus sédibus venit. Psalmus. Dóminus regnáuit, decòrem indūtus est: indūtus est Dóminus fortitúdinem, & præcínxit se. **y.** Glória Patri.

Oratio.

**O**MNÍPOTÉS sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo: vt in nōmine dilécti Filiij tui, mereámur bonis opéribus abundare. Qui tecum viuit.

De Natiuitate. Oratio.

**C**ONCÉDE quæsumus omnípo- tens Deus: vt nos Vnigéniti tui noua per carnem natíuitas líberet; quos sub peccáti iugo ve- tústa féruitus tenet.

De S. Stephano. Oratio.

**D**A nobis, quæsumus Dómi- ne, imitari quod cólimus, vt discámus & inimícos diligere: quia eius natalítia celebrámus, qui

nouit étiam pro persecutóribus exorâre Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

De sancto Ioanne. Oratio.

**E**CCLESIAM tuam, Dómine, benignus illústra: vt beati Ioánnis Apóstoli tui & Euange- lístæ illuminata doctrínis, ad do- na perueiat sempitérna.

De SS. Innocentibus. Oratio.

**D**EUS, cuius hodiérana die præ- cónium Innocéntes mártires non loquéndo, sed moriendo confessi sunt: ómnia in nobis vi- tiórum mala mortífica; vt fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateátur. Per Dóminum nostrum.

Léctio Epístolæ beati Pauli Apóstoli ad Gálatas.

**F**RATRES, Quanto tempore he- res páruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus ómnium: sed sub tutóribus & actóribus est usque ad præfinitum tempus à pa- tre: ita & nos cum essemus páruuli, sub eleméntis mundi eramus seruiéntes. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Fílium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redímeret, vt adoptiōnem filiorum recipérēmus. Quóniam autem estis filij, misit Deus Spíritum Fílij sui in corda vestra, clamán- tem: Abba, Pater. Itaque iam non est seruus, sed filius: quod si filius, & heres per Deum.

Graduale. Speciōsus forma præ filijs hominum: diffusa est grátia in lábiis tuis. **y.** Eructauit cor meum

verbum bonum, dico ego ópera mea regi: lingua mea cálamus scribæ vélōciter scribéntis. A llélúa, allelúa.  
v. Dóminus regnáuit, decòrem índuit: índuit Dóminus fortitúdinem, & præcínxit se virtute. Allelúa.

S equentia sancti Euangélij secundùm Lucam.

**I**N illo tempore: Erat Ioseph, & María mater Iesu, mirántes super his, quæ dicebántur de illo. Et benedíxit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce pósitus est hic in ruínam, & in resurrectiōnem multorum in Israël: & in signum, cui contradicétur: & tuam ipsius ánimam pertransíbit gládus, vt reueléntur ex multis córdibus cogitatiōnes. Et erat Anna Prophetíssā, filia Phánuel, de tribu Aser, hæc procésserat in diébus multis, & víxerat cum viro suo annis septem à virginitatē sua. Et hæc vídua usque ad annos octogintaquátuor: quæ non discedébat de templo, ieíuniis & obsecratiōnibus seruiens nocte ac die. Et hæc, ipsa hora superuéniens, confitebátur Dómino, & loquebátur de illo ómnibus, qui expectábant redemptiōnem Israël. Et vt perfecérunt ómnia secundùm legem Dómini, reuérsi sunt in Galilæam in ciuitatē suam Názareth. Puer autem crescēbat, & confortabátur, plenus sapiéntia: & grátia Dei erat in illo. Credo.

Offertorium Deus firmáuit orbem terræ, qui non commouébitur: parata sedes tua Deus ex tunc, à sáculo tu es.

Secreta.

**C**Oncède quæsumus omnípotens Deus: vt óculis tuæ maiestatís munus oblátum, & grátiam nobis piæ deuotiónis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquírat. Per Dóminum.

De Nativitate. Secreta.

**O**Blata Dómine múnera, noua Vnigéni tui nativitatē sanctifica: nosque à peccatórum nostrórum máculis emúnda.

De S. Stephano. Secreta.

**S**Vscipe Dómine múnera protuôrum commemorationē Sanctórum: vt sicut illos pássio gloriósos effécit, ita nos deuotio reddat innócuos.

De sancto Ioanne. Secreta.

**S**Vscipe Dómine múnera, quæ in eius tibi solemnitatē deférimus; cuius nos confidimus patrocínio liberari.

De SS. Innocentibus. Secreta.

**S**Anctórum tuôrum, Dómine, nobis pia non desit oratio: quæ & múnera nostra concílet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dóminum.

Communio. Tolle puerum, & matrem eius, & vade in terram Israël: defuncti sunt enim qui quærébant animam pueri. Postcommunio.

**P**er huius Dómine operatiōnem mystérij, & vitiā nostra purgémentur, & iusta desidériā compleántur. Per Dóminum.

De Nativitate. Postcommunio.

**P**Ræsta quæsumus omnípotens Deus: vt natus hodie Saluátor mundi, sicut diuínæ no-

M. 11.

bis generatiōnis est auctor; ita & immortalitatis sit ipse largitor.

De S. Stephano. Postcommunio.

**A** Vxiliéntur nobis, Dñe, sumpta mysteria: & intercedēte beato Stéphano martyre tuo, semperita protectione confirmant.

De S. Ioanne. Postcommunio.

**R**Efēcti cibo potūque célésti, Deus noster, te supplices deprecāmur; vt in cuius hæc commemoratione percépimus, eius muniamur & précibus.

De SS. Innocentibus. Postcomm.

**V**Otiua, Dómine, dona percémus, quæ Sanctorum nobis précibus, & præsentis quæsumus vitæ, páriter & æternæ tribue conferre subsídium. Pet Dñm.

## MISSA DE OCTAVA Nativitatis Domini. Introitus.

**I**n s. 9.  
**P**er natus est nobis, & filius datus est nobis: cuius impérium super húmerum eius: & vocabitur nomen eius, magni consilij Angelus. Psal-  
mus. C antate Dómino cáanticum no-  
uum: quia mirabília fecit. y. Gló-  
ria Patri. Oratio.

**C**Oncēde quæsumus omnípo-  
tens Deus: vt nos Vnigéniti  
tui noua per carnem nativitas libe-  
ret; quos sub peccati iugo vetústa  
féruit tenet. Per eumdem Dñm.

De S. Stephano. Oratio.

**D**A nobis, quæsumus Dómi-  
ne, imitari quod cólimus, vt  
discámus & inimicos diligere:  
quia eius natalitia celebrámus, qui  
nouit etiam pro persecutoribus

exorâre Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

De sancto Ioanne. Oratio.

**E**Cclésiam tuam, Dómine,  
benignus illústra: vt beati Ioánnis Apóstoli tui & Euange-  
listæ illuminata doctrinis, ad do-  
na peruéniat sempiterna.

De SS. Innocentibus. Oratio.

**D**EUS, cuius hodierna die  
præcónium Innocentes mártires non loquéndo, sed moriendo confessi sunt: ómnia in nobis vitiórum mala mortifica; vt fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, etiam móribus vita fáteatur. Per Dóminum nostrum.

Léctio Epístolæ beati Pauli  
Apóstoli ad Titum.

**C**Haríssime, Appáruit benígnitas & humánitas Saluatòris nostri Dei: non ex opéribus iustitiae, quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit, per lauácrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abúndè per Iesum Christum Saluatorem nostrum: vt iustificati grátia ipsius, heredes simus secundùm spem vitæ æternæ: in Christo Iesu Dómino nostro.

Graduale. V idérunt omnes fines terræ salutare Dei nostri: iubilâte Deo omnis terra. y. Notum fecit Dóminus salutare suum: ante conspéctum géntium reuelâuit iustitiam suam. A l-  
elúia, allelúia. y. Dies sanctificatus illúxit nobis: venite gentes, & adorâte Dóminum: quia hodie descendit lux magna super terram. Allelúia.



De Octauia Nativitate Domini

36

**S**equentia sancti Euangeli*j*  
secundum Lucam.

**I**n illo tempore: Pastores lo-  
quebantur ad inuicem: Trans-  
eamus usque Béthlehem, & videa-  
mus hoc verbum, quod factum  
est, quod Dóminus ostendit no-  
bis, & venérunt festinantes: & in-  
uenérunt Maríam, & Ioseph, &  
infantem pósitum in præsepio.  
Vidéntes autem cognouérunt de  
verbo, quod dictum erat illis de  
púero hoc. Et omnes, qui audié-  
runt, mirati sunt: & de his, quæ  
dicta erant à pastóribus ad ipsos.  
María autem conseruábat ómnia  
verba hæc, conferens in corde suo.  
Et reuérsti sunt pastores glorificán-  
cantes & laudántes Deum, in óm-  
nibus quæ audierant & viderant,  
sicut dictum est ad illos. Credo.

Offertorium. Tui sunt cæli, &  
tua est terra: orbem terrarum, & plen-  
tudinem eius tu fundasti: iustitia & iu-  
dícium præparatio sedis tuæ.

Secreta.

**O**blata Dómine múnera, no-  
ua Vnigéni tui natuitate  
sanctifica: nosque à peccatórum  
nostrorum máculis emunda. Per  
eumdem Dóminum nostrum Ie-  
sum Christum.

De S. Stephano. Secreta.

**S**Vscipe Dómine múnera pro  
tuorum commemoratione  
Sanctorum: vt sicut illos pássio  
gloriósos effecit, ita nos deuotio  
reddat innócuos.

De sancto Ioanne. Secreta.

**S**Vscipe Dómine múnera, quæ  
in eius tibi solemnitate defe-

rimus; cuius nos confidimus pa-  
trocinio liberari.

De SS. Innocentibus. Secreta.

**S**Anctórum tuorum, Dómine,  
nobis pia non desit oratio: quæ  
& múnera nostra conciliet, &  
tuam nobis indulgentiam semper  
obtineat. Per Dóminum.

Communio. Viderunt omnes fi-  
nes terræ salutare Dei nostri. p. 37

Postcommunio.

**P**Ræsta quæsumus omnipo-  
tent Deus: vt natus hodie  
Saluator mundi, sicut diuinæ no-  
bis generationis est auctor; ita &  
immortalitatis sit ipse largitor.  
Qui tecum viuit & regnat.

De S. Stephano. Postcommunio.

**A**Vxilientur nobis, Dómine,  
sumpta mysteria: & inter-  
cedente beato Stéphano martyre  
tuo, sempiterna protectione con-  
firment.

De S. Ioanne. Postcommunio.

**R**Efeci cibo potuque cœlesti,  
Deus noster, te supplices de-  
precâmus: vt in cuius hæc com-  
memoratione percépimus, eius  
muniâmus & precibus.

De sanctis Innocentibus.

Postcommunio.

**V**Otiua, Dómine, dona percé-  
pimus: quæ Sanctorum no-  
bis precibus, & præsentis quæsumu-  
savitæ, pariter & æternæ tribue  
confesse subsídium. Per Dómi-  
num nostrum.

¶ Si festum S. Siluestri venerit  
in Dominica, dicitur Missa de eo,  
cum commemoratione Domini-  
æ, & Octuarum.

## I N F E S T O

S. Siluestri Papæ &amp; confessoris.

Introitus.



Acerdotes tui Dómine induant iustitiam, & sancti tui exultent: propter Dauid seruum tuum non auertas faciem Christi tui. Psal. Memento Dómine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ¶ Glória. Oratio.

**D**A, quæsumus omnípotens Deus: vt beati Siluestri confessoris tui atque Pontificis veneranda solémnitas, & deuotioñem nobis augeat, & salutē. Per Dñm.

De Natiuitate. Oratio.

**C**oncède quæsumus omnípotens Deus: vt nos Vnigéniti tui noua per carnem natuítas libereat; quos sub peccati iugo vetústa seruitus tenet.

De S. Stephano. Oratio.

**D**A nobis, quæsumus Dómine, imitari quod cōlimus, vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebrámus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorâre Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

De S. Ioanne. Oratio.

**E**cclesiastam tuam, Dómine, benignus illústra: vt beati Ioannis Apostoli tui & Euangeliæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat semper iterna.

De SS. Innocentibus. Oratio.

**D**eus, cuius hodierna die præconium Innocentes martyres non loquéndo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiórum mala mortifica; vt

fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, etiam móribus vita fáteatur. Per Dóminum nostrum.

Léctio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Timótheum.

**C**Harissime, Testificor coram Deo, & Iesu Christo, qui iudicatūrus est viuos, & mórtuos, per aduéntum ipsius, & regnum eius: prædicta verbum, insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinébunt, sed ad sua desidéria coaceruábunt sibi magistros, pruriéntes auribus: & à veritate quidem audítum auertent; ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labóra, opus fac Euangeliæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certáui, cursum consummáui, fidem seruáui. In reliquo repósa est mihi coróna iustitiae, quam reddet mihi Dóminus in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed & iis qui díligunt aduéntum eius.

Graduale. Ecce sacédos magnus qui in diébus suis plácuit Deo. ¶ Non est intuéntus similis illi, qui conseruaret legem Excélsi. Alleluia, alleluia. ¶ Inueni Dauid seruum meum, óleo sancto meo vnxi eum. Alleluia.

Sequentia sancti Euangélii secundum Lucam.

**I**N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Sint lumbi ve-

stri præcincti , & lucernæ ardentes in manibus vestris , & vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptiis : vt , cum venerit , & pulsauerit , confestim apériant ei . Beati serui illi , quos , cum venerit dominus , inuenierit vigilantes : amen dico vobis , quod præcinctet se , & faciet illos discumbere , & transiens ministrabit illis . Et si venerit in secunda vigilia , & si in tertia vigilia venerit , & ita inuenierit , beati sunt serui illi . Hoc autem scitote , quoniam si sciret paterfamilias , qua hora fur veniret , vigilaret utique , & non sineret perfodi domum suam . Et vos estote parati ; quia qua hora non putatis , Filius hominis veniet . Credo .

Offertorium . I nueni Dauid serum meum ; óleo sancto meo vnxii eum ; manus enim mea auxiliabitur ei , & brachium meum confortabit eum .

Secreta .

**S**ancti tui nos , Domine quæsumus , ubique laetificantur : vt dum eorum merita recolimus , patrocinia sentiamus . Per dominum .

De Natiuitate . Secreta .

**O** Blata Domine munera , noua Vnigeniti tui natiuitate sanctifica : nosque à peccatorum nostrorum maculis emunda .

De S. Stephano . Secreta .

**S**vscipe Domine munera protuorum commemoratione Sanctorum : vt sicut illos passio gloriósos effecit , ita nos deuotio reddat innocuos .

De sancto Ioanne . Secreta .

**S**Vscipe Domine munera , quæ in eius tibi solemnitate deferrimus , cuius nos confidimus patrocínio liberari .

De SS Innocentibus . Secreta .

**S**anctorum tuorum , Domine , nobis pia non desit oratio : quæ & munera nostra concílet , & tuam nobis indulgentiam semper obtineat . Per dominum .

Communio . **B**eatius seruus , quem , cum venerit dominus , inuenierit vigilantem : amen dico vobis , super omnia bona sua constituet eum .  
Mat. 14

Postcommunio .

**P**ræsta quæsumus omnipo-tens Deus : vt de percéptis munéribus grátiás exhibentes , intercedente beato Siluéstro confessore tuo atque Pontifice , beneficia potiora sumámus . Per dominum nostrum .

De Natiuitate . Postcommunio .

**P**ræsta quæsumus omnipo-tens Deus : vt natus hodie Saluátor mundi , sicut diuinæ nobis generationis est auctor ; ita & immortalitatis sit ipse largitor .

De S. Stephano . Postcommunio .

**A**uxilientur nobis , Domine , sumpta mysteria : & intercedente beato Stéphano martyre tuo , sempiterna protectione confirmantur .

De S. Ioanne . Postcommunio .

**R**efecti cibo potuque cælesti , Deus noster , te supplices deprecámur : vt in cuius haec commemoratione percépimus , eius muniámur & præcibus .

De

De sanctis Innocentibus.

Postcommunio.

**V**otua, Dómine, dona percé-  
pimus : quæ Sanctòrum no-  
bis præcibus, & præfentis quæsu-  
mus vitæ, páriter & æternæ tríbue  
conférre subsídium. Per Dñm.

## IN CIRCVMCISiONE D O M I N I ,

& Octaua Nativitatis.

*Statio ad sanctam Mariam  
trans Tiberim.* Introitus.



Ver natus est nobis, & fi-  
lius datus est nobis : cuius  
imperium super húmerum  
eius : & vocabitur nomen  
eius, magni consílij Angelus. Psal-  
mus. C antâte Dómino canticum no-  
num: quia mirabília fecit. y. Gló-  
ria Patri.

Oratio.

**D**eus qui salutis æternæ, bé-  
tæ Mariæ virginitâte fecún-  
da, humáno géneri præmia præ-  
stítisti: tríbue quæsumus, vt ipsam  
pro nobis intercedere sentiâmus,  
per quam merúimus auctòrem vi-  
tæ suscipere, Dóminum nostrum  
Iesum Christum Fílium tuum:  
Qui tecum viuit & regnat.

L éctio Epistolæ beati Pauli  
Apóstoli ad Titum.

**C**haríssime, Appáruit grátia  
Dei Saluatòris nostri omni-  
bus homínibus, erúdiens nos, vt  
abnegántes impietâtem, & sœcu-  
laria desidéria, sobriè, & iustè, &  
piè viuâmus in hoc sœculo, expe-  
ctántes beátam spem, & aduen-  
tum gloriæ magni Dei, & Salua-  
toris nostri Iesu Christi: qui dedit

semetípsum pro nobis, vt nos re-  
dimeret ab omni iniquitâte, &  
mundâret sibi pôpulum acceptâ-  
bilem, sestatorem bonorum ópe-  
rum. Hæc lóquere, & exhortâre:  
in Christo Iesu Dómino nostro.

Graduale. V idérunt omnes fines  
terræ salutâre Dei nostri : iubilâte Deo  
omnis terra. y. Notum fecit Dómi-  
nus salutâre suum : ante conspéctum  
Géntium reuelâuit iustitiâ suam.  
A llélúia, allelúia. y. Multifariè olim  
Deus loquens pátribus in Prophétis,  
nouissimè diébus istis locûtus est no-  
bis in Fílio. Allelúia.

S equentia sancti Euangélij  
secundùm Lucam.

**I**n illo tempore: Postquam con-  
summâti sunt dies octo, vt cir-  
cumcideretur puer : vocatum est  
nomen eius Iesus, quod vocatum  
est ab Angelo priúsqam in útero  
conciperetur. C redo.

Offertorium. T uis sunt cæli, & tua  
est terra : orbem terrârum, & plenit'-  
dinem eius tu fundâsti: iustitia & iu-  
cicum præparatio sedis tuæ. Secreta.

**M**vnéribus nostris, quæsu-  
mus Dómine, precibúsque  
suscéptis : & cœlestibus nos mun-  
da mystériis, & cleménter exaudi.  
Per Dóminum nostrum.

Communio. V idérunt omnes fi-  
nes terræ salutâre Dei nostri.

Postcommunio.

**H**æc nos communio, Dó-  
mine, purget à crimine: &  
intercedente beata vírgine Dei  
genitrice María, cœlestis remédij  
faciat esse consortes. Per eumdem  
Dóminum nostrum.

Si aliqua ex sequentibus Octauis  
in Dñica venerit, dicitur Missa de  
Octaua: de Dñica verò nihil fit.

I N O C T A V A  
S. Stephani Protomartyris.

Introitus.

 Edérunt príncipes , & ad-  
uérsum me loquebántur :  
& iníqui persecúti sunt me:  
ádiuua me , Dómine Deus  
meus , quia seruus tuus exercebátur in  
tuis iustificatióibus. Psalmus. Beá-  
ti immaculáti in via : qui ábulant in  
lege Dómini. y. Glória Patri.

Oratio.

O Mnípotēs sempitérne Deus,  
qui primítias mártirum in  
beáti leuítæ Stéphani sanguine  
dedicásti : tríbue quæsumus ; vt  
pro nobis intercéssor exístat , qui  
pro suis étiam persecutóribus ex-  
oráuit Dóminum nostrum Iesum  
Christum Fílium tuum : Qui te-  
cum viuit & regnat.

De sancto Ioanne. Oratio.

E Cclésiam tuam , Dómine ,  
benignus illústra : vt beáti  
Ioánnis Apóstoli tui & Euangeli-  
stæ illumináta doctrínis , ad dona  
peruéniat sempitérna.

De sanctis Innocentibus.

Oratio.

D Eus, cuius hodiérana die præ-  
cónium Innocéntes mártires  
non loquéndo ; sed moriéndo  
confessi sunt : ómnia in nobis vi-  
tiórum mala mortífica ; vt fidem  
tuam , quam lingua nostra lóquitur ,  
étiam móribus vita fateátur.  
Per Dóminum nostrum.

Epistola. S téphanus plenus grá-  
tia. vt suprà in festo sancti Ste-  
phani. fol. 25.

Graduale. S edérunt príncipes , &  
aduérsum me loquebántur : & iníqui  
persecúti sunt me. y. Adiuua me Dó-  
mine Deus meus : saluum me fac pro-  
pter misericórdiam tuam. A llélúia,  
allelúia. y. Vídeo cælos apertos , &  
Iesum stantem à dextris virtùtis Dei.  
Allelúia.

S equéntia sancti Euangélij  
secundum Matthæum.

I N illo tempore : Dicébat Iesu  
Scribis & Pharisæis : Ecce ego  
mitto ad vos Prophétas , & sapié-  
ntes , & Scribas , & ex illis occidétes ,  
& crucifigétes , & ex eis flagellá-  
bitis in synagógis vestris , & per-  
sequémini de ciuitate in ciuitá-  
tem : vt véniat super vos omnis  
sanguis iustus , qui effusus est su-  
per terram , à sanguine Abel iusti  
vsque ad sanguinem Zachariæ , filij  
Barachiaæ , quem occidístis in-  
ter templum & altare. Amen di-  
co vobis , vénient hæc ómnia su-  
per generationem istam. Ierúsa-  
lem , Ierúsalem , quæ occidis Pro-  
phétas , & lápidas eos qui ad te  
missi sunt , quóties volui congre-  
gare filios tuos , quemádmodum  
gallina congregat pullos suos sub  
alas , & noluisti ? Ecce , relinqué-  
tur vobis domus vestra deserta.  
Dico enim vobis , non me vidébi-  
tis ámodò , donec dicátiis : Bene-  
dictus , qui venit in nōmine Dó-  
mini. Credo.

Offertorium. Elegérunt Apóstoli  
Stéphanum leuítam , plenum fidei

& Spíritu sancto : quem lapidauerunt Iudei orátem, & dicéntem : Dómine Iesu , áccipe spíritum meum, alleluia.

Secreta.

**S**Vscipe Dómine múnera, pro tuôrum commemoratione Sanctórum : vt sicut illos pássio gloriósos effécit, ita nos deuotio reddat innócuos. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

De sancto Ioanne. Secreta.

**S**Vscipe Dómine múnera, quæ in eius tibi solemnitate deférimus ; cuius nos confidimus patrocínio liberári.

De sanctis Innocentibus.

Secreta.

**S**Anctórum tuôrum, Dómine, nobis pia non desit orátio : quæ & múnera nostra concíliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtíneat. Per Dóminum.

Præfatio de Natiuitate. 246.

Communio. Vídeo cælos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei : Dómine Iesu , áccipe spíritum meum , & ne státuas illis hoc peccátum. Postcommunio.

**A**Vxiliéntur nobis , Dómine, sumpta mystéria : & intercedente beato Stéphano martyre tuo , sempiterna protectione confirmant. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

De sancto Ioanne.

Postcommunio.

**R**Efeci cibo potuque cælesti, Deus noster, te súpplices deprecámur; vt in cuius hæc commemoratione percépimus , eius muniámur & præcibus.

De sanctis Innocentibus.

Postcommunio.

**V**Otiua, Dómine,dona percépimus , quæ Sanctórum nobis præcibus, & præsentis quæsumus vitæ, páriter & æternæ tribue conferre subsídium. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

## IN OCTAVA

S. Ioannis Apostoli & Euan-gelistæ. Introitus.



N médio Ecclésiæ apéruit os eius : & impléuit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ , & intelléctus : stolam gloriæ induit eum. Psalmus. Bonum est confitéri Dómino , & psállere nōmini tuo, Altissime. Glória Patri.

Oratio.

**E**Cclésiam tuam, Dómine, bénignus illústra: vt beáti Ioánnis Apóstoli tui & Euangélistæ il-luminata doctrínis, ad dona per-uéniat sempiterna. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

De sanctis Innocentibus.

Oratio.

**D**EUS , cuius hodiérrna die præcónium Innocéntes martyres non loquéndo , sed moriendo confessi sunt : ómnia in nobis vitiórum mala mortifica ; vt fidem tuam , quam lingua nostra loquitur , étiam móribus vita fateátur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Léctio libri Sapiéntiæ.

**Q**uitimet Deum, faciet bona: & qui cōtinens est iustitiæ, apprehéndet illam, & obuiabit illi

42  
quasi mater honorificata. Cibabit illum pane vitae & intellectus: & aqua sapientiae salutaris potabit illum: & firmabitur in illo, & non flectetur: & continabit illum, & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos suos, & in medio Ecclesiae apriret os eius, & implabit illum spiritu sapientiae & intellectus, & stola gloriae vestiet illum. Iucunditatem, & exultationem thesaurizabit super illum, & nomine aeterno hereditabit illum, Dominus Deus noster.

**Graduale.** Exiit sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur: & non dixit Iesus, Non moritur. **y.** Sed: Sic eum volo manere donec veniam. tu me sequere. **A** lleluia, alleluia. **y.** Hic est discipulus iste, qui testimonium perhibet de his: & scimus quia verum est testimonium eius. Alleluia.

**S**equentia sancti Euangeli j secundum Ioannem.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus Petro: Sequere me. Conueritus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in cena super petus eius, & dixit: Domine, quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Iesu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus: Non moritur; sed: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testimonium

perhibet de his, & scripsit haec, & scimus, quia verum est testimonium eius. Credo.

**Offertorium.** Iustus ut palma florabit: sicut cedrus, quae in Libano est, mult iplicabitur.

### Secreta.

**S**Vscipe Domine munera, quae in eius tibi solemnitate deferrimus, cuius nos confidimus patrocino liberari. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

**De sanctis Innocentibus.**

### Secreta.

**S**Anctorum tuorum, Domine, nobis pia non desit oratio: quae & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

**Præfatio de Apostolis.** 270.

**Communio.** Exiit sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur: & non dixit Iesus, Non moritur; sed: Sic eum volo manere donec veniam.

### Postcommunio.

**R**Efecti cibo potuque celesti, Deus noster, te supplices deprecamur: ut in cuius haec commemoratione percipimus, eius muniamur & precibus. Per Dominum nostrum.

**De sanctis Innocentibus.**

### Postcommunio.

**V**Otiua, Domine, dona percipimus: quae Sanctorum nobis precibus, & presentis quæsumus vitae, pariter & aeternæ tribue conferre subsidium. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit.

4

**I N O C T A V A**  
sanctorum Innocentium.

**Introitus.**

**E**x ore infantium, Deus,  
& lactentium perfecisti  
laudem propter inimicos  
tuos. Psalmus. Dómine  
Dóminus noster, quām admirabile  
est nomen tuum in vniuersa terra!  
Glória Patri. Et dicitur, Gló-  
ria in excélsis.

**Oratio.**

**D**eus, cuius hodierna die  
præcónium Innocentes má-  
tyres non loquéndo, sed morien-  
do confessi sunt: ómnia in no-  
bis vitiórum mala mortífica; vt  
fidem tuam, quam lingua nostra  
lóquitur, étiam móribus vita fa-  
teatur. Per Dóminum nostrum.

Léctio libri Apocalypsís béati  
Ioánnis Apóstoli.

**I**n diébus illis: Vidi supra mon-  
tem Sion Agnum stantem, &  
cum eo centum quadraginta quá-  
tuor millia habéntes nomen eius,  
& nomen Patris eius scriptum in  
fróntibus suis. Et audíui vocem  
de cælo, tamquam vocem aquâ-  
rum multârum, & tamquam vo-  
cem tonítrui magni: & vocem,  
quam audíui, sicut citharœdôrum  
citharizántium in citharis suis,  
Et cantabant quasi cáanticum no-  
uum ante sedem, & ante quátuor  
animália, & seniores: & nemo  
poterat dicere cáanticum, nisi illa  
centum quadraginta quátuor mil-  
lia, qui empti sunt de terra. Hi  
sunt, qui cum muliéribus non sunt  
coquináti: Vírgines enim sunt.

Hi sequúntur Agnum, quocum-  
que ierit. Hi empti sunt ex homí-  
nibus primitiæ Deo, & Agno, &  
in ore eorum non est inuénitum  
mendácium: sine mácula enim  
sunt ante thronum Dei.

**Graduale.** A nima nostra, sicut  
passer, erépta est de láqueo venántium.  
**v.** Láqueus contritus est, & nos libe-  
rati sumus: adiutorium nostrum in  
nómine Dómini, qui fecit cælum &  
terram. A llelúia, allelúia. **v.** Laudâte  
púeri Dóminum, laudâte nomen Dó-  
mini. Allelúia.

S equentia sancti Euangélij  
secundum Matthæum.

**I**n illo tempore: Angelus Dó-  
mini appáruit in somnis Ioseph,  
dicens: Surge, & accipe puerum,  
& matrem eius, & fuge in Ægyptum,  
& esto ibi usque dum di-  
cam tibi. Futûrum est enim vt He-  
ródes quærat puerum ad perdén-  
dum eum. Qui consurgens, accé-  
pit puerum, & matrem eius nocte,  
& secéssit in Ægyptum: & erat  
ibi usque ad óbitum Heródis: vt  
adimpleretur quod dictum est à  
Dómino per Prophétam dicéntem:  
Ex Ægypto vocáui Fílium  
meum. Tunc Heródes vidés quóniam  
illúsus esset à Magis, iratus  
est valde, & mittens occidit om-  
nes púeros, qui erant in Béthle-  
hem, & in omnibus finibüs eius, à  
bimátu & infrà, secundum tem-  
pus quod exquisíerat à Magis.  
Tunc adimplétum est quod di-  
ctum est per Ieremiam Prophé-  
tam dicéntem: Vox in Rama au-  
dita est, plorátus & ululátus mul-

tus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.

Non dicitur. Credo, nisi veniret in Dominica.

Offertorium. Anima nostra, sicut passa, erépta est de láqueo venántium: láqueus contritus est, & nos liberati sumus. Secreta.

**S**anctórum tuorum, Dómine nobis pia non desit oratio: quæ & múnera nostra concílet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dóminum.

Præfatio de Natiuitate. 246.

Communio. Vox in Rama auditæ est, ploratus & vulnatus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.

Postcommunio.

**V**otua, Dómine, dona percéimus: quæ Sanctórum nobis precibus, & præsentis quæsumus vitae, páriter & æternæ tribue conferre subsidium. Per Dñm.

Dicitur, I te missa est.

## IN VIGILIA

Epiphaniæ. Introitus.

 Vm médium siléntium tenérant omnia, & nox in suo cursu médium iter habéret, omnípotens sermo tuus Dómine, de cælis à regálibus sédibus venit. Psalmus. Dóminus regnauit, decorem indutus est: indutus est Dóminus fortitudinem, & præcínxit se. Glória Patri. Oratio.

**O**Mnipotēs sempiterne Deus, dirige actus nostros in beneplácito tuo: vt in nōmine dilécti Filiij tui, mercāmur bonis opéribus

bundare. Qui tecum viuit & regnat.

Pro commemor. S. Telephori Papæ & martyris. Oratio.

**D**eus, qui nos beati Telephori martyris tui atque Pontificis ánnua solemnitate lètificas: concéde propitiū; vt cuius natalitia colimus, de eūsdem étiā protectiōne gaudēamus.

De sancta Maria.

Oratio.

**D**eus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstisti: tribue quæsumus; vt ipsam pro nobis intercedere sentiāmus, per quam merūimus auctōrem vitæ suscipere, Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit.

Léctio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Gálatas.

**F**ratres, Quanto tempore he-  
res páruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dóminus omnium: sed sub tutoribus & actóribus est usque ad præfinitum tempus à patre: ita & nos cum elsémus páruuli, sub eleméntis mundi erāmus seruiéntes. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filiū suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt adoptiōnem filiorum reciperemus. Quóniam autem estis filij, misit Deus Spíritum Filij sui in corda vestra, clamantem: Abba, Pater. Itaque iam non est seruus, sed filius: quod si filius, & heres per Deum.

*¶.44* Graduale. Speciosus forma præfilitis hominum: diffusa est gratia in labiis tuis. ¶. Eruet autem cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribare velociter scribentis. Alleluia, alleluia. ¶. *¶.92* Domini regnauit, decorem induit: induit Dominus fortitudinem, & praecinxit se virtute. Alleluia.

S equentia sancti Euangelii secundum Matthaeum.

*Mat.*  
*2. d.* In illo tempore: Defuncto Herode, ecce Angelus Domini apparet in somnis Ioseph in Aegypto, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israël: defuncti sunt enim, qui quererant animam pueri. Qui consurgens, acccepit puerum, & matrem eius, & venit in terram Israël. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudea pro Herode patre suo, timuit illud ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. Et veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth: ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazareus vocabitur.

*¶.92* Offertorium. Deus firmavit orbem terræ, qui non commouebitur: parata sedes tua Deus ex tunc, a saeculo tu es. Secreta.

C oncide quæsumus omnipotens Deus: ut oculis tuæ maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis piæ deuotionis obtineat, & effectum beatæ perenni-

tatis acquirat. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

De S. Telephoro. Secreta.

**M** Vnera tibi, Domine, dicata sanctifica: & intercedente beato Telephoro martyre tuo atque Pontifice, per eadem nos placatus intende.

De sancta Maria. Secreta.

**M** Vnéribus nostris, quæsumus Domine, precibuscque suscepisti: & cœlestibus nos mundâ mystérii, & clementer exaudi. Per Dominum nostrum.

Communio. Tolle puerum, & matrem eius, & vade in terram Israël: defuncti sunt enim, qui quererant animam pueri. Postcommunio.

**P** Er huius Domine operatiōnem mysterij, & vītia nostra purgantur, & iusta desideria compléantur. Per Dominum.

De S. Telephoro Papa & martyre. Postcommunio.

**R** Efeci participatiōne muneris sacri, quæsumus Domine Deus noster: ut cuius exequimur cultum, intercedente beato Telephoro martyre tuo atque Pontifice, sentiamus effectum.

De S. Maria. Postcommunio.

**H** Ec nos communio, Domine, purget a crímine: & intercedente beata virginie Dei genitrix María, cœlestis remédij faciat esse confortes. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

